

1557.

Rhetor: et Orator: 498.

Ästhetik 617.

Rhet. 163 $\frac{6}{-}$

DANIELIS GEORGI
MORHOFI
DELITIÆ
ORATORIÆ

Intimioris

Sive



De Dilatatione

&

Amplificatione Rhetorica

LIBER

Studioſæ Juventuti utiliſſimus & a mul-
tis hæcenus deſideratus

cum

INDICE NECESSARIO.

L U B E C Æ,

Sumptibus

PETRI BÖCKMANNI.

A. Chr. 1701.

CH.

inner -



BENEVOLO LECTORI

S. D.

Bibliopola.



NE Clarissimi Morhofii
 monumenta, quæ jam
 dudum in deliciis ha-
 buit doctorum admi-
 ratio, vel laterent penitus in tenebris,
 vel situ tineisque consumerentur, a-
 micorum cavit curiositas, vel potius
 literarum cura, cui profectò, quâs
 vides, intimioris eloquentiæ delicias
 acceptas referre & potes & debes.
 Licet enim quasdam hujus oratorii
 argumenti partes; præsertim quæ
 Paraphrasin soluti ligatique sermo-
 nis, Imitationem, dilatationem Pe-

) 2

rio.

riodicam & amplificationem per
figuras Rhetoricas tentatam absol-
vunt, per Polyhistoris campum dif-
fusas animadvertas: non minori ta-
men afficeris voluptate, cum repe-
reris in unum corpus compactas
novoque habitu indutas, quàm hor-
tulanus, cui quidem rariorum in re-
liquis hortis florum magna est copia,
sed tamen series in unica areola plan-
tatorum arridet maximoperè. Non
laude sua caret pharmacopolium,
cui medicamentorum non multitu-
do, sed partim ordo partim raritas
precium addit. Quis jure reprehen-
det eloquentiam, cujus præcepta &
concinne locata & ex intimo doctri-
næ fonte hausta cum summa exem-
plorum ubertate conjunguntur? Pau-
cissimos enim invenies, qui dilata-
tionem per synonyma per Epitheta,
per anthiteta perque sententias subtili
retigerint acu, aut perspicuis illustra-
verint exemplis; si unicum exceperis
Mor-

Morhofium, cui sedulus labor ad eruditionem humaniorem viam munivit, ingenii divinitas calcar addidit, & tandem lectio cum usu copulata perfectionis apicem ostendit. Accedunt præterea dilatatio enthymematum, multiplicatio locorum, & Prædicamentorum & Dialecticorum argumentorum usus: quibus nihil utilius, nihil acutius nihil denique commodius inserviet orationi sacræ profanæque partim ornandæ, partim etiam amplificandæ.

Ne verò vino vendibili hederam videar suspendere, facilè lectoris applausum & benevolentiam conciliabit sibi cum styli nitor, tum ingenii suavitas. Major quippè est auctoris gloria inque celsiori posita theatro, quàm ut testimonio commendantis indigeat, aut verborum fuco pingi necesse habeat. Meritorum quippè in orbem literarium magnitudo superat

perat oratoris artem, nec mentis excellæ dotes tenuioris calami censura facile metitur. Scriptum profectò pingui Minerva non est exaratum, sed lucernam olet. Quod si labor hic palato Tuo, Benevole Lector, non displicuerit: neque enim de favore Tuo desperare jubet applausus iste, quò priores foetus excepisti; persuadeas Tibi velim vehementer, fore, ut partes reliquæ Polyhistoris, quarum hæctenus tanta fuit expectatio, perfectæ atque absolutæ manus Tuas salutent propediem.

I. N. J.



I. N. I.

PARS I.

CAP. I.

De

Dilatatione Orationis, &
quemadmodum differat ab Ampli-
ficatione & Exaggeratione.

§. 1.

Dux sunt præcipuæ Rhetorices partes: *Inventio & Elocutio*: utraque sua quædam peculiariora habet præcepta. Illam ita excoluit *Aristoteles*, ut vix quicquam addi posse videatur; totum enim illud *σῶμα πείρωσ*, argumenta ac entymemata, quæ ad fidem faciendam conveniunt, quasi in tabula ab illo delineata sunt, inque promptuario disposita, unde ad usum vel civilem vel sacrum depromi possunt; Hanc vero, quæ in ornanda oratione consistit, leviter tetigit, ac multis multa post se memoranda reliquit;

A

Cu-

Cujus tamen disciplina tota non est à quoquam propofita: nam licet *Demetrius* fingulari *de elocutione libro*; *Hermogenes* in libro *de formis*; *Longinus* in libro *Ἐὶ ὕψος*, aliique, huic operi manum applicuerint, non tamen totum illum fundum exhauferunt, sed per partes occupârunt; quem si aggressus fuisset *Aristoteles*, brevior libro accuratius illam doctrinam fuisset emensus: quanquam natura rei quodammodo postulat, ut multa culturæ, ingenio & exercitationi relinquuntur.

§. 2. Illa *elocutionis* disciplinæ vt præcedere debet artem inventricem, ita multa cura jam à tenerâ ætate in primordiis suis tractanda est; crescente enim iudicio, ex ipsa illa inventionem & genio rerum elocutio nonnunquam formam sibi aliquam circumponit, ad quam dijudicandam magna ingenii vis requiritur: Communissima tamen ejus præfiguranda sunt, ne, quod in proverbio est, ante lentem ollam augere videamur.

§. 3. Primum, quod in elocutione dispiendum est, & velut solum substernendum oratori, velut fabro verborum materiem in rem suam conversuro, est *orationis copia & amplitudo*, quam ὄγκος appellavit *Aristoteles*, sine qua sterilis, sicca, inanis, strigosa tota erit oratio. Est verò ad orationem benè elaborandam copia, tam necessaria, ut ad succiplenum corpus sanguinis ac humoris plenius temperamentum, cujus se summum in Græcis artificem ostendit *Demosthenes*, inter Latinos ipso, quod copiosum di-

di-

dicendi genus attinet, superior *Cicero*, admirabilis eloquentiæ Latinæ magister.

§. 4. Neque tamen vesana & stulta quædam *loquacitas* copiosa oratione designatur, quæ sine lege, quicquid in buccas vel calamum venit, vel ore profertur, vel chartis illinitur; sed illa certis præceptionibus regulisque coërceri debet, quæ maximam partem ex iisdem locis accessunt, unde *argumenta* fidentia, docentia, moventia, conciliantia, ducuntur: neque tamen hinc sequitur, inventioni etiam elocutionis doctrinam adscribendam, nec hanc ab illa sejungendam; *Inventionis* enim Rhetoricæ scopus est, *πίστις*, fides; *elocutionis* verò alius finis, copiosa scilicet atque ornata dictio. Quando itaque τὸ τέλος ἢ ἡ ἀρχὴ ex fine differunt, inventio illa utique seorsim proponi & ad usum applicari debet.

§. 5. Considerari autem dilatatio orationis dupliciter potest, vel prout in verbis solis consistit, vel quando res ipsa argumentis imprimis moventibus augetur; quæ peculiari nomine *Amplificatio* dicitur, & cujus locos tum communes tum proprios *Aristoteles* in Rhetoricis præscripsit: & posterior illa magis ad inventionem pertinet, quàm prior, licet & hæc, si non nuda simplexque sit, sed διδακτικὴ & ἀποδεικτικὴ, ex iisdem quoque locis aliquid adsciscat. Illa *Dilatatio* propriè nobis dicetur; hæc *Amplificatio* vel *Exaggeratio*.

§. 6. De *Dilatatione*, quæ in verbis consistit, primùm agemus, & illam verbalem reali

præmittemus, non, quòd in ipsa simplici sententia dilatatione non comprehendantur iidem fontes, quibus in reali dilatatione, *Amplificatione & Exaggeratione*, utimur; non enim vel epitheton antitheton vel aliquod *συνωυμοφανεὶς* adjicitur, quin ex aliquo loco saltem dialectico sit desumptum, sed quòd illorum *hoc loco* non usque haberi debeat ratio: non enim tam ad *locos dialecticos* hinc respicimus, quàm ad *usum ipsarum vocum* in latina lingua, prout illæ inter se jungi aptæ sunt, & ad concinnam membrorum & periodorum connexionem. Seorsim itaque hæc ponenda, nec cum altera illa parte miscenda, quæ argumenta illa suppeditat, rei potius, quàm verbis amplificandis, inservientia.

§. 7. Pauca sunt ab antiquis Rhetoribus tradita, quæ *Dilatationis* doctrinam illustrare possunt: inter illos tamen primo loco ponendus est *Hermogenes Lib. I. de formis capite XI.* ubi nonnulla hujus argumenti extant, sed quæ variè inter se mista parum nos juvant, & illa potius ad realem illam dilatationem pertinent, ac suo loco ejus mentionem faciemus. Apud *Longinum & Demetrium* sparsim aliqua occurrunt: inter recentiores cum laude versatus est hoc in argumento, libris de copia *Erasmus & Marcus Corradus*; & Erasmus quidem immeritò illam ob causam ut *μικρολογος* à non nomine traducitur.

§. 8. Dilatatio, quam hac prima parte proponemus, *περίτως* circa sententiam versatur: est enim oratio, quatenus nobis hinc spectatur, cor-

pus

pus ex multis sententiis compactum, neque enim hîc inventionem respicimus, *cujus respectu oratio est corpus è multis enthymematibus conflatum*; illæ sententiæ, cùm simplici mentis conceptui respondent, brevi & stricta ratione proponuntur; verùm cùm augentur illæ vel rariore metaphora vel adjectione aliarum vocum, è circumstantiis rerum profluentium, *dilatata* illa dici potest & ornata oratio; nam præter dilatationem ornatus quoque accedere debet, qualis à tropis ac figuris; qua de re separata institui debet tractatio.

§. 9. Sunt verò & *illæ sententiæ* non unius generis: nam vel argumenti ratione variant, interdum enim simpliciter aliquid vel affirmatur vel negatur, interdum aliquid vel explicatur, vel demonstratur, vel ἡδινὸν vel παθητικὸν aliquid in illis continetur; quæ omnia hîc in limine seponere possumus. Variis quoque modis proferri potest sententia, vel simpliciter, vel sub figura aliqua Grammatica vel Rhetorica, quæ ad nos nunc non pertinent, sed *variandi artem* præsupponunt *ab arte dilatandi distinctam*, quæ tamen nostram non parùm juvat, & manus illi amicas jungit, qua de re *in sequentibus* plura.

C A P. II.

De

Dilatatione per Synonyma.

§. 1.

Remittimus dilatationem *simplicem*, quæ in verbis consistit, antequam ad realem dilatationem ejusque fontes perveniamus; simplicissima autem illa est, quæ fit per *synonyma*, non ubivis tamen, sed cum ratione usurpanda.

§. 2. Per *synonyma* hîc intelliguntur non solum *grammatica*, quanquam & illorum usus conceditur, ex autoritate tamen Veterum potius, quàm ex nostro arbitrio: sed & *omnes illæ voces*, quæ licet significatione quodammodo varient, ad idem tamen vel designandum, vel etiam explanandum aut illustrandum adhiberi possunt.

§. 3. Dilatationis per *synonyma* purè grammatica apud Ciceronem benè multa exempla occurrunt, qualia e. g. sunt ista, è libro de Oratoribus: *spoliatum atque orbatum videret*: ita mihi videntur fortunatè beateque vixisse: quorum *memoria & recordatio* fuit jucunda: & *geminata atque duplicata* vel etiam sæpius iterata ponuntur: quantam vim haberet *accurata & facta quodammodo oratio*: hujus ubertatem & copiam admiratæ Athenæ: qui ex oraculo Apollinis
tàm

tàm acutè arguteque conjecerit : ac plura alia infinita.

§. 4. Non sunt autem illa frustra posita à Cicerone, ut loquacem se ostenderet ac tautologum ; sed cùm numeri rationem accuratè haberet Cicero, ac periodorum illam mensuram iniret, ne vel brevitatem vel longitudinem offenderet, iis *ad supplendum numerum* usus est, quod nos imitari non solum possumus, sed & debemus, imprimis, si circumductæ orationis character nobis sit exprimendus ; sed in eo semper ad usum latinæ linguæ & autorum respiciendum est.

§. 5. Ejus exempla vel in germanica lingua quotidiana sunt : cùm enim, in epistolis præsertim, circumductus & fusus character exprimendus est, in illis synonyma una cum epithetis utramque paginam facere videmus.

§. 6. Non semper autem otiosa aut solius numeri gratia adjecta sunt illa synonyma, sed aliquid novæ significationis adjiciunt, præsertim si alterum illud synonymum sit è genere metaphorarum illustrium, atque hac dilatatione oratio non solum redditur plenior, sed & planior, imò illustrior ; non aures tantum implentur, sed & animus nova aliqua disciplina informatur.

§. 7. Solent ista synonyma *copulatione* vel immediata vel intervenientibus aliis vocibus conjungi, ut patet ex exemplis §. 3. adductis, quibus insigne illud addimus ex oratione Ciceronis pro Cluentio : magna me spes tenet,

si ea, quæ sunt in causa, *explicare ac omnia dicendo consequi potuero, hunc locum concessumque vestrum, quem illi horribilem Aulo Cluentio ac formidolosum putaverunt fore, cum tandem ejus fortunæ misera multumque jactata, portum ac per-
fugium futurum.* Unde manifestè patet, ad numerum periodi explendum tot synonymis usum fuisse Ciceronem, quæ si omisisset, simplicior illa minusque sonora fuisset. Hujus ratio melius patet ex insigni illa periodo orationis pro Milone: Est enim, *judices, non scripta &c. Sed illa non synonymis tantùm, sed congerici & antitheseos figurâ illustratur.* Ita in oratione pro Lege Maniliâ: & quoniam *autoritas multum quoque in bellis administrandis atque imperio militari valet &c. & ibidem: qui unâ literarum significatione cives Romanos necandos trucidandosque denotavit.* Solent & synonyma *per appositionem, omissa copula, conjungi, ut I. Philipp. Illos ego præstantissimos viros, Lumina Reipubl. vivere volebam.*

§. 8. Solent synonyma non semper per copulam conjungi, sed unum aliquod de diversis subjectis prædicari, aut plura de uno subjecto prædicari, ne brevi aliqua enunciatione tota periodus exhauriatur. Ita verba rem unam significantia per synonyma variantur; quale exemplum est apud Ciceron. pro Milone: *Clo-
dii mortem æquo animo nemo ferre potest, luge-
get Senatus, mœret equestris ordo, tota civitas
confecta senio est, squalent municipia, afflictan-
tur coloniæ, agri denique ipsi tam beneficum,
tam*

tàm salutarem, tàm mansuetum civem desiderant &c. quod cum unica enunciatione Cicero exprimere potuisset: *Clodii mortem omnes lugent!* maluit artificium adhibere periodicum multiplicando prædicata & subjecta. *Prædicatum* hîc multiplicatur per synonyma; *subjectum* per distributionem & species; Sic quoque elegans est exemplum in oratione Ciceronis pro lege Manil. nam cum Cicero dicere potuisset, ut ejus semper voluntatibus non modò cives, focii & hostes, sed etiam venti obtemperârint, maluit tamen copiosius & numerosius efferre: ut ejus voluntatibus semper non modò cives assenserint, focii obtemperârint, hostes obedierint, sed etiam venti tempestatesque obsecundârint; ubi nota, elegantissimè hîc verba accipi *pro ratione subjectorum*; nam *cives* dicuntur assentire, quod est liberrimorum; *focii* obtemperare, quod magis est adstrictum; *hostes* obedire, quod necessarium; *venti* obsecundare, quod propriè ista vox de ventis accipiatur, unde & ventus secundus solet dici. Solent etiam subjecta multiplicari synonymicè, ut in illo *Ciceronis pro Plancio*: vulnus illud Reipubl. dedecus imperii, turpitude populi Romani, non judicium putandum est. Solent etiam conglobari verba, seu sint ipsa substantiva, seu verba, seu epitheta; sed tum unum verbum alteri sonantius esse solet, & talia ad figuras Rhetoricas spectant, de quibus *in sequentibus* plura dicemus.

§. 9. Tropicorum synonymorum apud Ciceronem quoque multa occurrunt exempla;

A 5

ut

ut in orat. *pro Sextio*: omninò *invulnerati* inviolatique vixerunt. *Pro Lege Manilia*: delenda est macula, quæ penitus *insedit* atque *inveteravit*. Vocabula aliqua *πολύσημα* alio notiori explicari solent, ut in orat. *pro Lege Manilia*: quod ut illi *proprium ac perpetuum* fit.

§. 10. Synonyma illa latinæ linguæ, ne *invitis* Autoribus, & *adversus* usum, quod dicatur, diligenter notari debent, præcipue è Cicero-
ne, qui numeram ac periodum præ cæteris respexit. Colligi autem duplici ratione possunt: *primò* eo ordine, quo apud Autores leguntur, addito deinde *indice* accurato, cujus beneficio vocabulum aliquod synonymicum investigari possit; quo labore nos sublevavit *Stephanus Ubellius*, in *synonymis suis Ciceronianis*, qui integras *πίστες* è Cicero-
ne aliisque congeffit, subiecto in fine *indice*, unde rectius de sensu constat, quàm si sola illa synonyma nudè ita posita legamus, quæ aliqui lexicis suis adjecerunt, & cum epithetis & antithetis *Tuscanella* conjunxit. Aliqui sub titulo singulorum verborum synonyma singula posuerunt, ut factum est in libro, qui sub *Ciceronis* nomine ad *L. Veturium* prodiit, edente *Gabr. Lermæo* Paris. 1584. 12. Aliqui sub certis titulis synonyma disposuerunt; ut fecit *Stephan. Fliscus*, qui secundum virtutes & vitia illa disposuit, eundo per partes omnes orationis grammaticæ, synonyma sententiarum illis postea subjuncturus. Sed unus instar omnium esse potest *Schönslederus* in *aureo suo eloquentiæ apparatu*, qui sub titulis generalibus collegit non substantiva

tiva

tiva aut verba aut adjectiva sola, sed omnem phrasologiam, qua & simul synonyma copulata omnium orationis partium continentur. His addi potest *Thesauri Latinitatis puræ compendium alterum*, quod *Johannes Benzius*, *Sturmiæ discipulus*, *Argentorati* publicavit 1596. 8v. quo non synonyma solum nominum, verborum & phrasium habentur, sed omnia affinia, cognata, conjuncta, sub unum conspectum se sistunt, qualem etiam utilissimum laborem in græca lingua suscepit. Sed de hoc *infra*, ubi de locis agemus. Applicari talis index etiam *apparatui Schönslæderi* potest.

§. II. In his tamen synonymis congerendis modus quidam observari debet, ne inepta & infinita loquacitate offendamus; qua in re neminem magis peccare video, quam *Johannem Baptistam, Evangelistam Picenum*, cujus extant orationes, quarum ipse titulus mirificam latinæ locutionis elegantiam spondet, ac fateor, latinitatis laude privari illas non posse; verum infinitis penè synonymis adeo extendit periodos, ut ne *Herculis spiritus* uni deproperandæ sufficerent; videatur *oratio 13.* quam habuit in *Senatu Anconitano* pag. 64. sub init. *Eadem ratione* in carmine scribendo nimiam synonymorum curam impendit *Barlaus*. vid. initium carminis, quod inscribitur *Trophæum Arausionense*, ubi X. versiculis unam sententiam proponit, quod in castigato carmine admitti non debet. *Claudianus* certè, cujus imitatore se profitetur, ea in re multo ipso est modestior; *Virgilia*

lius verò nunquam limites boni iudicii transiit.

§. 12. Ut exemplo etiam ipsi ostendamus, quomodo per synonyma sermo dilatari possit, sumemus exemplum *epistolæ 19. lib. 14. ad familiar.* id ea ratione dilatabimus: In maximis meis doloribus acerbissimoque animi sensu angit me, vel potius excruciat morbus ægrotatioque Tullix, de qua nihil habeo, quod ad Te pluribus perscribam; tibi enim matri carissimæ non minus, quàm mihi, magnæ curæ sollicitudinique esse certò scio exploratissimumque habeo. Quod vultis optatisque, ut ad vos propius accedam, statumque rerum vestrarum recognoscam, video ita esse faciendum, voluntatique vestræ morem gerendum; & jam antè fecissem, sed multa ac propè innumera negotia me impediêrunt, ac reditum meum peremerunt, quæ ne nunc quidem sunt expedita, & ex animi sententia confecta. Verùm à Pomponio ego vehementer expecto desideroque literas, quas ad me quamprimùm & maturrimè perferendas cures velim.

§. 13. Si per *synonyma metaphorica rem* institueris, hac ratione eadem epistola concinnari potest: Inter tot mea vulnera nullum insedit altiùs quàm quod à Tullix ægitudine inflictum est; non illud ego literis consanabo, si etiam plura scripserim, tibi enim æquè, ut mihi, manus in hoc ulcere est, inque matris animum tam altè, quàm in meum, hæc cura descendit. Quòd me in oculis vobis semper hærare vultis,
non

non equidem me vobis subducam, & jam antè non pedibus, sed ventis remisque ad vos properassem; sed multis ego negotiis alligatus fui, quorum ego nodos, plus quàm Gordios, ne nunc quidem satis explicare potui. Sed mirificè flagro desiderio literarum Pomponii, quod à me ut quàm primùm tabellarius excludat, cures velim.

§. 14. In illis porrò se possunt exercere, qui primæ dilatandi lineamenta ducturi sunt; nihil enim isto exercitio utilius est.

C A P. III.

De

Dilatatione per epitheta.

§. 1.

Quemadmodum tres quasi fontes generalissimi sunt, unde omnia tam argumenta, quàm dilatationes, descendunt: *Identitas, affinitas, contrarietas*, qui suis quibusdam rivulis specialioribus postea deducuntur: ita & hic in dilatatione verbali fit; ex *identitate* profluunt *Synonyma*, seu illa purè talia sint, seu ut generica vel subordinata vel analogà quodammodo conveniant: ad *affinitatem* spectant omnia illa, quæ sunt vel ante rem vel in re, seu illi insint seu adsint, vel saltem aliquam cum ea cognationem habeant, vel quæ post rem sunt sive eam insequuntur. Quod itaque loci
dia-

dialectici sunt, ad has generales classes pertinentes, tot sunt *fontes epithetorum*, quæ nomini apponuntur, ut adjuncta quædam, & sententiam mirificè amplificant.

§. 2. Nolo hîc prolixè adducere, quæ de causis epithetorum tum Rhetores, tum Grammatici, adferre solent: adduntur enim *vel discretionis, vel proprietatis gratia*, ut Donatus ait; sed addi tamen *numerorum & periodi ratio* potest, quæ maximopere illorum appositione juvatur; abesse certè ab oratione succiplena & perfecta nunquam possunt; imò aculeos nonnunquam, & ipsa enthymemata recondunt: *plus enim uno epitheto emphatico sepè dicitur, quàm integra periodo.*

§. 3. Paradoxon itaque hoc nonnullis videbitur, id, quod commendavimus ad orationis dilatationem, id etiam ad brevitatem ejus facere: certum enim est, epitheta, quæ non periodi gratia tantum adsciscuntur, & numerum orationis complent, sed aliquid sensûs recondunt, orationem breviorē facere; cum enim in perfecta periodo epitheta nonnunquam *argumentorum partes* suppleant, plures post se trahere modos debebant. Unde apparet, *Laconismum*, quem nonnulli in oratione affectant, necessario efficere periodos aut membra superflua, quæ in circumducta oratione, unâ interdum adjectâ voculâ, exprimi poterant; cujus exempla & Lipsio & Puteano, *Laconismi affectatoribus*, dari plurima poterant, si instituti nostri ratio pateretur.

§. 4.

§. 4. Epitheta illa vel Substantivis apponuntur, vel adjectivis & verbis; si substantivis apponuntur epitheta adjectiva sunt; si adjectivis & verbis, adverbialia sunt, ultra autem epitheta dici possunt, addunt enim aliquid sententiæ eamque certo modo afficiunt.

§. 5. Utraque antem, tam adjectiva, quàm adverbialia, diligenter in Cicerone notari debent; debemus enim & hîc ad genium & usum linguæ respicere, qui & in latina lingua, eodem modo comparet, ut in Germanica, in qua videmus quædam appositè magis adjici, tam adjectiva, quàm adverbialia, quàm alia, quæ ex ingenio fortè nostro excogitamus, aut è re ipsa qualitercunque exsculpimus, quæ infinitis probari poterant exemplis.

§. 6. Fuerunt, qui & in hoc industriam suam probârunt; nam *Nunnisius* epitheta adjectiva Ciceronis congescit, *Hubertus Susannaus* epitheta adverbialia, in libro cui titulum fecit: *Connubium adverbiorum*. Uterque diligenter loca Ciceronis collegit, ille sub titulis substantivorum epitheta collocavit, hic sub titulis verborum & adjectivorum adverbialia.

§. 7. *Franciscus Clemens* libellum exiguum de adverbis Ciceron. scripsit, sub alphabetico ordine adverbialia collocans, omissa locorum notatione, ejus titulus: Ciceronis ὀργανὸν ἰνστρουμένον, Lat. Instrumentum adverbiale. Sed hoc ad usum non ita comparatum est. *Sebastianus Figulus* epitheta quoque congescit, sed loca Autorum non apposuit, nec integras phrasas ad-

§. 8.

§. 8. Si itaque commodum in sententia, vel periodo epitheton desit, in *Nunnesii* epithetis quære substantiva, & invenies ipsi respondentia epitheta; ita sub Tit. *Gloria* habes ista: admirabilis, amplissima, comes rectè factorum, dulcis, eximia atque immortalis, illustris & pervulgata, justa & merita, summa & perfecta. In *Susannæ* collectione adverbiorum invenies sub titulo *disputare* hæc epitheta adverbialia: disputare acerrimè, accuratissimè, audaciùs, breviter, contra, copiosè, diligenter, eleganter, enucleatè, exiliter, exquisitè, facetiùs, fortissimè, fusè, graviter, uberiùs, jejunè, inscitè, insolenter, lentiùs, liberè, necessariò, omninò, optimè, prudenter, severè in aliquem, subtiliter, variè serum, latè &c. Hæc omnia commodè ad usum adhiberi possunt.

§. 9. Epitheta sunt *vel solitaria vel plura* per copulam conjuncta, qualia in descriptionibus adhibere solemus, vel etiam *asyndota* interdum, qualia in hypotyposi, in figuris vehementibus & affectuosis sæpè occurrunt. Sunt & epitheta *periphrastica*, quæ non poëtis tantùm, sed & oratoribus sunt familiaria, quæ non una voce, sed integra sententia solent contineri. Ita Cicero *amicum* laudans ait: Hominem habet amantissimum sui, familiarissimum, conjunctissimum officiis, usu, consuetudine, per quem res ejus ornantur secundæ, sublevantur adversæ &c. ubi nota epitheta synonymis intermixta, quæ mutuas tradunt operas in amplificanda & extollenda oratione. Similiter in laudando T. Annio

Annio

Annio conglomerat epitheta, oratione post reditum in Senatum: quibus autem officiis, T. Annii beneficia remunerabor, hujus omnis actio, ratio, cogitatio, totus denique Tribunatus nihil aliud fuit, nisi constans, perpetua, fortis, invicta defensio salutis meæ; ubi 4. epitheta uni subiecto adduntur. *Poëtis Græcis* vitio verti solet plurium epithetorum conglobatio, sed illi sine iudicio iis utuntur; prudentiùs *Latini Poëta* ea adhibent *in re mirabili* describenda, ut Virgilius *Æneid* 7. vers. 117.

Tectum augustum, ingens, centum sublime
columnis.

Id. *Æn.* 3. v. 656.

Monstrum horrendum, informe, ingens, cui
lumen ademtum.

Imitatur hoc Statius in *Theb.* lib. 8. v. 67.

Triste insuetum, ingens, quod nunquam vi-
derit æther,

Ede nefas.

In exprobrationibus eleganter iis utitur Cicero: nemo est unquam iuventus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modò honestate, sed etiam simulatione honestatis relictus, qui hoc facere attentaret; & tu illustri loco natus, tot exemplis majorum provocatus, tot monitoribus ad virtutem inflammatus, hoc scelus tam immane, tam enorme, tam impium ausus es perpetrare. *Nota, hic* nullam penè periodi partem epithetis iisque conglobatis vacuam! & talia quidem vel ob rei ipsius necessitatem vel ob figu-

B

ra-

rarum vehementiam adhibentur, quæ quamquam & ad numerum insigniter faciant, sunt tamen alia, quæ præter numerosam aliquam concinnitatem nihil orationi largiuntur, quæ sunt vel solitaria vel per copulam geminata, quæ posteriora frequentissima sunt, atque inter synonyma, quæ congeffit *Stephan. Ubelius*, indaganda sunt.

§. 10. Epithetorum etiam in oratione & *historia* insignis usus est, cum personas describimus, earumque *characteres* exprimimus; atque hi characteres ethici sunt & politici, quibus eleganter usus est *Vellejus* in historia sua; unde *Bæclerus* singularem dissertationem *de characteribus Vellejanis* conscripsit. Et talium quidem characterum, qui è morum affectuumque ideis delinæantur, magnus etiam in oratione est usus, præcipuè in contentione, cum adversus adversarium pugnandum, & in ille invidiam adducendus est, tum enim epitheta eorumque fontes ex iisdem axiomatibus, quibus enthymemata affectuosa deducuntur, deduci debent.

§. 11. Dixi § 2. epitheton unum, vel adjectivum vel adverbiale, *integrum* nonnunquam *enthymema* continere; cuius exemplum producere possum ex epist. 3. lib. 13. ad familiar. quæ ita habet: A. Fusium, unum ex meis intimis observantissimum, studiosissimum nostri, eruditum hominem, & summa humanitate, tuaque amicitia dignissimum, velim ita tractes, ut mihi coram recipisti; tam mihi gratum erit, quam quod

quod

quod gratissimum; Ipsum prætereà summo officio & summa observantia tibi in perpetuum devinxeris. Ecce *quinque epithetis* totidem enthy-memata continentur, quibus commendari potest A. Fusius: 1. est unus ex intimis, 2. studiosissimus nostri; 3. eruditus homo, 4. summè humanus, 5. amicitia Mommii dignus: Singula apta sunt enthy-memata, ut suis quæque periodis decurrant, facileque esset, epistolam non periodicè tantùm, sed & enthy-mematicè dilatare; quale exemplum *infra* dabimus.

§. 12. Dabimus & alterum exemplum, quo epistola 1. (vel secundum al. edit. 5.) Lib. 16. ad familiar. per synonyma & epitheta dilatatur: Quàm tu es homo moderatus, comis, commodus, quàm familiariter, quàm hilarè nos es amplexatus, vel duarum horarum, quibus Tyræi fuimus, id experimento est: tam efflictim atque adeò unicè te amat suavissimus ille hospes noster, Xenomenes, quàm si tecum diutissimè junctissimèque vixerit; Is non lingua tantùm, sed opere etiam ipso factiosus, omnia quæ usus necessitasque efflagitant, benignissimè pollicitus est, quem promissa sua summa fide exhausturum confido. Mea sic est ratio, si firmior paululum rediret corporis affectio, ut Leucadem modico nec molesto itinere te conferres, ut adversa valetudine correptum attentissima te cura recreares, planeque confirmares. An Curii, Lysanis medicique sententiæ eò decurrant, tu videris. Ani-

mus mihi erat, Marionem ad te extrudere, quem, ubi è morbo paululum emerferis, ad me statim ac sine mora mitteres; Sed illud ego animo versabam, unas ad me literas perferre Marionem posse, cum crebras ego quotidianasque animo inter spem metumque suspensio expectem: Dabis itaque operam, & vehementer id te velle novi, ut in singulos dies Acastus portum adeat; Multorum tibi hominum facultas erit, quos ad me mittere possis, rectè satis & providenter literas huc perlaturus: nemo, vel alatus ille ac petasatus fuerit Mercurius, eorum qui ad vos tendunt, prætervolabit, quin eum prensam ac cum aliquo negotiolo ablegem. Mihi una unicaque spes tui diligenter curandi in Curio viro honestissimo & ad omnia officia factò, reposita est; nôsti enim, quàm ille facilis, tractabilis, beneficus, ut voluntate in me sit propensissimus: huic & te, & omnia, quæ tibi chara amplaque sunt, committe. Non ægrè feram breviculi temporis moram; modò firmum te, valentem ac bene habito corpore videro; neque enim nepentina ac sublesta valetudine te imbecillum videre gestio. Hoc velim in maximis rebus necessariisque habeas, ut secundæ quoad poteris, valetudinis bono fruaris, cætera omnia ego studiosè diligenterque curabo. Vale pancraticè, aut si mavis athleticè, Leucade abiens.

CAP.

CAP. IV.

De

Dilatatione per antitheta.

§. 1.

UT *synonyma & epitheta*, ita & *antitheta* suum in dilatatione verborum locum inveniunt. *Antitheta* verò cum voco, omne illud, quod quomodocunque verbo aut nomini opponitur, intelligo, cujus ut in dilatatione, ita & in numero & periodo magna vis est. Vide insigne exemplum Orat. 2. Catilin. circa fin. à verbis: *Instruite, nunc, Quirites: usque confliget.*

§. 2. Non hinc verò intelligo *contraria immediata juncta*, ut *infaniens, sapientia, docta, ignorantia* similiaque, quæ Græcis *ὀξύμωρα*, & *scuti vacua* Latinis dici solent; est enim inter figuras, quibus uti solemus ad argutam faciendam orationem; de quo *alibi* plura diximus; Sed cum vocem aliquam aut phrasin in oratione ponentes, loco dilatationis, contrariam illi vocem, quasi per quandam *ἀφσιν* vel præmittimus vel subjungimus: ut enim *ἀφσιν* figura est totius sententiæ, ita antitheta in solis verbis attenduntur.

§. 3. Ea antitheta diligentius noscenda sunt crebrâ observatione, ut sciamus, quæ verba verbis arctè vel componantur vel sejungantur;

B 3

in

in illis enim non est exigua proprietatis vocum cognitio. Si contraria noveris, patebit accuratiùs vocum differentia ac significationum varietas.

§. 4. Utilissimam hoc in argumento navavit operam *Augustinus Gambarella* in libro, cui titulus: *Antithetorum amica similtas*, Mediolani 4to 1619. Exempla è Plauto, Terentio, Cicerone, Cæsare, collecta sunt, citatis integris autorum locis, sub titulis vocum alphabetica serie collocatarum, & adjectis in margine antithetis, quo nomine comprehenduntur omnia, quomodocunque vel contrariè vel contradictoriè vel privativè opposita, quorum varietate in præfatione enarravit *Auctor*. Dicit autem, se singulari arcano usum fuisse, quodque, data sibi fide, se nemini patefacturos, *Jobannes Tonsus & Jacobus Resta* à se acceperint, ac nullius dictionarii auxilio in hoc volumen congesse, absque quo vix seculo talem laborem effici posse ait.

§. 5. Potest autem una vox multis aliis opponi, quod in una voce *Virtutis* videas; illa enim opponitur 1) ambitioni, 2) audacie, 3) casui. 4) Felicitati, 5) desidia, 6) dclori, 7) dolo vel insidiis, 8) flagitio, 9) fortune, 10) furori, 11) humilitati, 12) obsecrationi, 13) imbecillitati, 14) infirmitati, 15) maleficio, 16) fraudi, 17) sceleris, 18) molliciei, 19) nequitia, 20) peccato, 21) pertinacia. 22) temeritati, 23) fortitudini, 24) vitiositati, 25) voluptati. Loca apud *Gambarellam* videantur.

§. 6. Videmus ex his adductis, quot vo-
ci-

cibus vox *virtutis* opponatur; unnde patet, quam lato ejus significatio apud Romanos pateat, atque hæc aliæque exempla congeffit *laudatus Autor*, quæ non solum faciunt ad numerum periodandum, sed & ad orationem quocunque modo amplificandam.

§. 7. Consistit ille antithetorum usus *vel in simplicibus verbis, vel in phrasibus & sententiis*; v. g. Cicero in Bruto ait: Dolebam, quod non, ut plerique putabant, obtrectatorem laudum mearum, sed socium potius & consortem gloriosi laboris amiseram; h. e. dolebam, quod socium & consortem laboris amiseram. It. Quo tempore ætas nostra perfuncta rebus amplissimis, tanquam in portum confugere deberet, non inertix & desidiæ, sed otii moderati & honesti, h. e. in portum studiorum.

§. 8. Contraria illa secum in eadem sententia composita plenam quidem & copiosam orationem faciunt, sed non adeo numerosam & periodicam, ut in illo Virgilii:

Eheu, quàm pingui macer est mihi taurus in arvo:

Opposita quidem sunt, *pingue arvum & macer taurus*; sed quia uno commate continentur, non est insignis aliqua numerositas; esset, verò, si sic efferres: pingue mihi arvum est; sed macer in eo taurus, ubi tuo commata sibi opponuntur, qualia ad figuras structuræ pertinent, quas *Robertellus* in eleganti libro de artificiis dicendi, à figuris dictionis non inepto consilio distinguit, cum cæteri omnes confundant.

§. 9, In ea figura explicanda prolixus est *Aristoteles* Rhet. 3. c. 9. *Quintilian.* lib. 9. cap. 3. *Cicero* in Orat. cap. 52. *Dion. Halicarn.* c. 6. Latinis *contentio* dicitur & *contrapositum*, Græcis *antitheton*: Ejus figuræ varix sunt species: nam *Quintil.* l. c. ita distinguit: contraria aut opponuntur singula singulis, quale exemplum est in illo *Ciceronis* pro *Cluentio*: vincit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia &c. vel binabinis, ut ibidem: non nostri ingenii, sed vestri auxilii. aut sententiis v. g. ut *dominetur* in concionibus, *jaceat* in judiciis. *Luculentum* ejus exemplum est in *Plinii* paneg. in *Trajan.* cap. 4. *Enituit* aliquis in bello, sed obsolevit in pace, alium fuga, sed non & arma cohonestârunt; reverentiam ille terrore, alius amore humanitatis captavit; ille quæsitam domi gloriam, in publico; hic in publico partam, domi perdidit. Verùm illis tribus speciebus à *Quintiliano* enarratis, non videtur omnis illa *ratio contentionis*, quæ periodum numerosam facit, absolvi posse: nonnunquam singula genera miscentur, nonnunquam comparata disparatis interfunduntur, nonnunquam conversiones prædicatorum & subjectorum mutux sunt, qualis figura ἀντιμεταβολή vocatur sive *conversio*, *commutatio*, *inversio*, nonnunquam per solam remotionem, quam Græci ἀφαιρέσις vocant, contraria sibi opponuntur. Omnium elegantissimæ & generosissimæ periodi sunt, quæ ex comparatis contrariis, mistis & commutatis inter se sententiis, formantur.

§. 10. Antitheta illa non debent omnia per manifestas particulas negantes exponi, sed possunt alio enunciationis habitu proferri, & nonnunquam figura quadam grammatica, de quo *in sequ. cap.* pluribus agetur.

§. 11. Exemplum dilatationis *per antitheta* hoc esto ex epist. 4. lib. XI. ad Famil. Si de tua in me voluntate dubitarem, qui in te uno omnem meam spem repositam habeo, non audacter, non læta fronte, sed verecundè, sed dubitanter, sed copiosissimè à te contenderem, non ut amicorum fortunas, ut opes, ut fundos, sed ut dignitatem meam tuerè; sed profectò non fallit me mea opinio, atque ita planè est, ut mihi persuasi, cum multorum fucosa atque ambitiosa sit amicitia, te unicè in salutem meam omni curâ cogitationeque incumbere. Hærentibus in vicinia Alliis, ego ad transalpinos cum exercitu sum progressus, non tam, ut Imperatoris nomen tuerer, quàm ut militum voluntatem explerem, & in validos alioquin ad res nostras tuendas paratiores efficerem. Quo consilio planè non excidi, sed omnia nunc, quæ mihi propositueram, videor, consecutus. Non illi de avaritia mea, non de severitate querentur; nam liberalitatem nostram & animum sunt experti. Cum fœminis profectò & inertibus bellum non gessi, sed cum omnium bellicosissimis, multa castella cepi, multa, cum metuerem, ne obsessent, vastavi; **Misi ad Senatum literas, non levibus sanè, sed**

gravisimis causis adactus. Vide, ne quid absente te statuatur, & ut tua nos adjuves sententiâ; Quod cum facies, non tuam, non meam, sed communem causam ages & utilitati publicæ inservies.

CAP. V.

De

Dilatatione per figuras Grammaticas amplifican- tes.

§. I.

Figimus de verbis simplicibus, per quæ dilatatio instituitur, nunc *ad figuras* venimus. Est verò *figura orationis*, quæ à recto dicendi genere recedit, eaque duplex; *Grammatica* & *Rhetorica*; de hac *infra* dicemus; de illis, quatenus dilatationi inserviunt, quædam in medium proferemus.

§. 2. Magna est *figurarum Grammaticarum* varietas, de quibus agendi locus hîc non est: neque enim omnium ad sermonis dilatationem usus est, faciunt quidem illæ ad varian- dam orationem, & ad elegantio- rem syntaxin pleræque; sed pau- cæ sunt, quæ orationem dilatan- t, eæque cum rhetoricis hac in parte aliquate- nus conveniunt.

§. 3.

§. 3. Figuræ grammaticæ à nemine majori cum cura recensentur, & in ordinem rediguntur, quàm ab *Edmundo Richero*, singulari de arte figurarum libro, in quo eleganti methodo totam illam doctrinam prolixè & cum exemplis proposuit. Usus illarum plenius *Erasmus* in libro de copia verborum ostendit ipsa praxi, sed in regulis ponendis inordinatus est.

§. 4. Quæ ad variandam orationem figuræ conveniunt, ea quoque ad dilatandam, quodam modo conducunt, si scilicet figura orationem ampliorem & sonantio rem faciat. Præ cæteris figura illa, quæ *πλαγιασμός*, Latin. *obliquatio* dicitur, commendanda. Tales sunt *formula orationis circumlocutoria*, Latinis familiaris, quibus frequenter utitur Cicero. Sententia, per hanc recta & brevior, in obliquam longiorem vertitur; indicativa in infinitivam & infinitivæ similem; ut cum Cicero dicit: in quo non infior me non mediocriter versatum h. e. in quo non mediocriter sum versatus; Sed de hac figura plura *cap. 6.*

§. 5. *Pleonasmus* figura orationis est, qua illa dilatatur, cui affines sunt *macrologia* & *hypo- noia*; Illæ verò non indistinctè, sed cum judicio adhiberi debent. *Macrologia* vitio propior est, quam in *Livio* nonnulli notarunt. Exempla singularium plurima notata vide apud *Richerium* de arte figurarum lib. 1. pag. 133. multa illic de redundantia variarum partium in oratione recensentur, & exemplis confirmantur; quæ
cum

cùm minutiora sint, ad nostrum institutum nunc non pertinent, ideoque ad Grammaticos relegamus. Sunt enim illa non inter perpetua orationis dilatandæ subsidia referenda, sed data occasione aliquando ornatûs gratia adhibentur.

§. 6. *Periphrases* simpliciores & grammaticæ huc quoque spectant, nam & inter rhetoricas figuras illæ numerantur: illarum periphraseon exempla utilissima congescit *Erasmus* in libello aureo, de copia verborum. Docet ibi, quomodo per periphrasin augeatur positivus, Comparativus, propositio generalis, particularis, negans &c. quæ illic legi possunt.

§. 7. *Periphrases* illæ grammaticæ variis modis institui possunt. Sunt autem *vel Substantivorum, vel adjectivorum vel verborum. Substantivum* describitur (1. Si solitarium sit, alterius substantivi sive simplicis sive metaphorici adjectione: ut, calamitas exfilii pro exfilio; igniculus desiderii pro desiderio; invidiæ incendium pro invidia; ratio confirmatioque doctrinæ pro ipsa doctrina; una literarum significatio plenius literis? si enim substantiva speciem aliquam significant, potest adjici generica vox, quasi rectoria; si actionem, alia generalior, quæ actionem congenerem notat; si passionem, eodem modo procedi potest, ut ex exemplis adductis patet.

(2. Cùm duo substantiva concurrunt, describuntur 1) per conversionem in adjectivum substantivo suo junctum, ut, domestica turpitudine
i. e.

i. e. domus tuæ, 2) per conversionem in infinitivum accusativo suo junctum; ut, cum mihi proposui cum exercitu venisse Catilinam, i. e. adventum Catilinæ. 3) per conversionem in enunciationem relativam; ut cum Cicero ait: omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, i. e. humanitates. *Adjectivi* periphrasis variè quoque instituitur; cum enim adjectivum significet aliquid, quod vel insit vel adsit rei, vel quodcunque ad eam pertineat: omnes illi modi, quibus exprimitur aliqua proprietas, ad dilatandam orationem conducent; ita adjectivum, quod proprietatem significat, convertitur in substantivum ejusdem significationis, additò alio adjectivo, vel intendente vel minuente, sub variis casibus, ut: vir præstanti prudentiâ, i. e. prudens; hospes non multi cibi, sed multi joci, i. e. non vorax, sed jocosus; civitas æquissimo jure & fœdere, h. e. justa. *Adjectivum*, quod actionem significat, describitur per Substantivum suum, addito participio actionem significante, ut, cum Cicero ait, Catilinam furentem audaciâ, scelus anhelantem, pestem patriæ nefariè molientem, atque urbi ferrum flammamque minitantem, ex urbe ejecimus, h. e. audacem sceleratum, noxium & crudelem. Ita: omni spe salutis orbatus, i. e. desperabundus. Convertitur etiam adjectivum in substantivum, additâ præpositione; ut in illo Ciceronis: in omnibus meis epistolis, quas ad Cæsarem mitto, legitima est quædam accessio commendationis tuæ, nec ea vul-

vulgaris, sed cum aliquo insigni indicio *meæ* erga te benevolentia, h. e. singularis. Instituitur & adjectivorum periphrasis per verba posse, velle, nolle, audere, &c. quia enim adjectivum denotat rerum qualitatem, quæ in aptitudine, actione, passione, potentia, consistit, omnia illa verba per periphrasin commodè adjectivum exprimunt; ut in illo Cicer. Si laus allicere vos ad rectè faciendum non potest, i. e. si laus non est delectabilis; hæc negotia quomodo se habeant, in epistola quidem narrare non audeo, h. e. negotia sunt perplexa. De positivorum, Comparativorum & Superlativorum periphrasi vid. *Erasmus*. Verba describi per *πλαγιασµὸν* possunt; de qua figura *superius* & *sequ. cap.* plura. Solent & verba periphrasticè describi per nomina verbalia, addito verbo substantivo, ut in exemplo ex Cicerone modò citato: in omnibus meis epistolis, quas ad Cæsarem mitto, legitima est quædam accessio commendationis tuæ, i. e. commendatio tua accedit meis literis. Apud Comicos, Terentium & Plautum, frequentes sunt tales periphrases. De particularum, adverbiorum & conjunctionum periphrasi multa dici possent: diligens est in illis coacervandis *Erasmus*, tum & *Schonslederus* in suo appar. eloquentia, qui super illa re videri possunt. Ceterùm & de periphrasi in universam tam grammatica, quàm rhetorica, egit *Buchnerus* libro de commut. dicendi ratione. c. 15.

§. 8. Exemplum hujus dilatationis proponemus ex epist. 20. lib. 13. ad Famil. Non equidem ignorare te arbitror, Asclapone, Patrensi medico me valdè uti familiariter, cujus tùm consuetudinis suavitas mirifica erga me semper fuit, tùm etiam artis illa excellentia est, ut sæpè in meorum valetudine & morborum pertinacia exploratam habuerim. Illud certè affirmo sancteque testor, tùm scientiæ suæ præfidiis, tùm etiam fidei benevolentiaque illecebris ita inescâsse, ut omni parte ab illo mihi satisfactum putem. His ergo causis adducor, ut hominem hunc tibi commendem. Rogatum itaque te velim, ut operam des, quo intelligere possit, me nihil aliud malle, quàm ut tibi sit acceptissimus, neque committas, ut meæ commendationis fructum apud te periisse sibi suspicetur. De innumerabilibus tuis officiis id ita gratum erit, ut omnia cætera illo uno minora esse arbitrer.

CAP. VI.

De

Dilatatione Sententiarum
Grammatica.

§. 1.



Uæ hætenus de simplicibus verbis & phrasibus diximus, ea levi negotio ad integras sententias applicari possunt:

nam

nam & synonyma & antitheta, ut in verbis singularis, ita quoque in sententia adhiberi possunt.

§. 2. Sunt autem sententiæ *vel simplices, vel compositæ, vel figuratæ.* Simples simplici synonymia vel variari vel dilatari possunt; compositæ verò & figuratæ in plures sententias alias possunt resolvi, atque sic per novas quasdam propositiones dilatari. Sunt verò variæ, copulativæ, disjunctivæ, remotivæ, conditionales, relativæ, occupativæ &c. Sed hæc ad dilatationem periodicam reservabimus, atque ad illam, quæ per figuras fit.

§. 2. Primum quod in sententia dilatanda considerari debet, est *ισοδυναμία* seu *expositio*, quæ cum crebrior est, inter figuras quoque Rhetericas locum habet, sed *Richerius* inter Grammaticas recensuit. Ejus exempla permulta tum à *Benzio* in libr. de figuris, tum à *Richerio* & aliis notata sunt, è quibus illa velut in gustum damus: *Cic.* in orat. pro M. Marcello; maximam verò partem suo quasi jure fortuna sibi vindicat, & quicquid prosperè gestum est, id omne penè ducit secum. *Idem* in orat. pro Sylla: nequæ potest quisquam nostrum subito fingi, nec cujusquam repente vita mutari aut natura converti. Ad expositionem quoque referenda videtur *Iteratio*, cum illud, quod diximus, repetimus: fitque illa, cum verba repetita unâ propositione continentur, vel quando per interjecta verba alia iterum repetuntur. Solent vero sententiæ illæ, vel iisdem verbis proponi, vel paululum

mu-

mutari; id verò ad figuras potius pertinet, quando scilicet vehemens affectus ad verba quædam denuò inculcanda nos compellit. Cui accensenda quoque est *Ἰσχυρὴ*, similis figura, *cùm rem unam non bis, sed ter, quater & amplius dicimus, variatis verbis & sententiis*: non possunt autem tales figuræ, nisi cùm ratio postulat, usurpari.

§. 4. Eadem dilatatio in sententiis fieri potest per *remotionem contrariorum*: ut enim in verbis simplicibus, per contraria dilatatio fit, ita etiam in sententia, cùm ejus contrarium tollitur vel negatur. Ita in orat. pro M. Marcello: dicitur, num silentii finem hodiernus dies attulit, idemque initium, quæ vellem, quæque sentirem, meo pristino more dicendi.

§. 5. Ut in verbis dilatatio fit per epitheta, quatenus vel declaratur vel modificatur vel restringitur subjectum, ita & iis sententiarum dilatatio fit per sententiarum quarundam interjectionem, quæ quasi parantheses sunt, aut interpretationem aliquam sententiæ addunt, vel declarationem vel restrictionem.

§. 6. Illæ interjectiones à plurimis causis desumi possunt. Exemplum in oration. pro M. Marcello est ex causa efficiente: Ego autem has partes lenitatis & misericordiæ (*quas me natura ipsa docuit*) semper egi libenter. Ex fine petitus in hoc exemplo Cicer. pro Ligario: Itaque Ligarius (*qui omne tale negotium cuperet effugere*) paulùm adventu Fabii conquievit. Exemplum ex effectu est illud Cicer. pro lege Manil. de quo homine vos (*id quod maximè facit auctoritatem*)

C

tan-

tanta & tam præclara judicia fecistis. Ex adjunctis plurimæ peti possunt exempla, quoniam & ille fœcundissimus epithetorum fons est. Omnes itaque circumstantiæ, quæ ad tempus, locum, personam &c. pertinent, huc referri possunt. Ita Cicero in *orat. pro Muræna*: Et primum M. Catoni (*vitam ad certam normam dirigenti & diligentissimè perpendenti momenta officiorum*) de officio meo respondebo. Tales *interjectiones*, quæ ad descriptiones personarum pertinent, frequentes admodum sunt in historicis, ut & adjuncta temporis & loci, cum narratio præcipuè de circumstantiis facti debeat esse sollicita. Ita interjectio sententiæ è variis adjunctis cumulata legitur in *orat. pro Sexto*. Quid est igitur propositum (*id quod est præstantissimum, maximeque optabile omnibus sanis, & bonis & beatis*) cum dignitate otium. Ita in *3. Catilin.*: facultatem mihi oblatam putavi, ut (*quod erat difficillimum, quodque ego semper optabam à Diis immortalibus*) tota res non solum à me, sed etiam à Senatu & à vobis omnibus manifestè deprehenderetur: Plures interjectiones formari possunt *vel ex loco similium, vel ex loco dissimilium, vel ex loco ab exemplo & testimonio*, quæ duo posteriora frequentissima sunt. Ita Cicero *orat. in Pison.* Dî, ut noster ille divinus Epicurus dixit, neque propitii cuiquam solent esse, neque irati. Solent & illæ sententiæ interjectæ vel restringere sententias principales vel ampliare. Restringitur in illo Cicero, lib. XIII. ad famil. ep. 35. Peto igitur abs te, ut omnibus rebus, *quæ sine molestia tua facere possis*, ei commodes,

des. Possunt autem illæ limitationes secundum genera locorum dialecticorum considerari, Ampliationis exempla non pauca quoque apud Ciceronem occurrunt. Pertinet huc illud Cicer. 4. *Catilin.* nunc quicquid est, quocunque vestrae mentes inclinant, quodque sentiunt, statuendum vobis ante noctem est.

§. 7. Nihil magis infervit dilatationi sententia, quàm *πλαγιασμός & πειβολή*. De plagiismo *sup. cap.* diximus; Est verò illa, cum sententia simplex in unam vel plures resolvitur, & aliqua ipsi enunciatio quasi preparatoria praemittitur, quæ in verbis opinandi, asseverandi, sensus, intellectûs, affectus, iudicii &c. consistit. Infinita sunt exempla in Cicerone, quæ magna cum cura notari velim, e. g. Sic mihi persuadeo, sic sentio, certò scio, sic statui semper, puto, credo, existimo, arbitror, opinor, sic habeto, mi Tyro neminem esse, qui me amet, quin idem te amet: sæpè differui, adducor, ut putem, illud affirmo, etiam illud adjungo, idem ego contendo, testor ego omnes Deos, non vereor, non est verendum, luce clarius & manifestum est, in dubium non venit, nulla dubitatio est, non ambigito, nemo negat, negari non potest, nemo ignorat, potest omnis recordari, sentio, subodoror, video, vide quanta in te sit suavitas, permagna in te est suavitas, tua voluntas ea esse videbatur, ut prorsus nisi confirmato corpore nolles navigare, nemo non intelligit, tuâ salute contineri suam; spero, omnia facturum, ut quam primùm nobiscum sit, mirum videbatur, quod esset, quod ad me scriberes; nihil aliud

malo, quam ut tecum sim; modo fac id quod humanitatis tuæ est; nequid aliud cures, quam ut commodissimè valeas, i. e. cura valetudinem tuam; rectum est, justum est, æquum est, honestum, utile, necesse, odiosum, indignum, miserum est, magni interest, ridiculum est, satis est, par est, nimium est, stultitia est, auditur, creditur, per manus traditum est, audivimus ex majoribus, memoriæ proditum est, sæpè hoc majores natu dicere audivi, sanè accusatoris eximiam dignitatem plurimum L. Cottæ profecisse. Cic. pro Ligar. qui tùm nihil aliud egit, nisi ut eum studiosum & bonum virum judicares, i. e. officio boni viri functus est. Idem i. *Casilin.* hoc animo semper fui, ut invidiam virtute partam, gloriam, non invidiam, putarem, i. e. invidiam virtute partam, gloriam putavi. *Pro Archia:* Nunc infidet quædam in optimo quoque virtus, quæ noctes & dies animam gloriæ stimulis concitat, pro, virtus concitat.

Altera figura, quâ sententia dilatatur, est *ὑπεβαλή*, quâ recta enunciatio in circumductam, simplex in compositam convertitur, fitque potissimum per propositionem conditionalem; Exemplum est apud Ciceron. *pro Archia:* Si quid in me est eloquentiæ, ejus fructum A. Licinius reperere omnino debet; i. e. eloquentiæ meæ fructum petere Licinius debet, quæ simplex enunciatio in duas conversa est. Ejus figuræ gnus usq; est in periodis dilatandis; ut *postea* dicemus, cùm pervenierim ad dilatationes periodicas.

§. 8. Addeamus nunc exemplum simplicis

cis

cis dilatationis *per appositionem & ἰσοδυναμίαν* sententiarum. Sumemus epistolam 7. lib. XV. ad famil. permagnam cepi voluptatem, cum audivi te consularem dignitatem consecutum fuisse, de qua & tibi gratulor, & ut perpetuæ laudi sit ista dignitas, exopto: delitiolum tenim meum semper fuisti, quod me à te diligi, vel ut dicam potius amari cognoverim, & quòd tam in mea adversa quàm secunda fortuna constantiam incredibilem ostenderis; tempore enim illo, quo me adversa fortuna secuta est, defensor rerum mearum; cum res meæ ex voto cesserunt, & amplificator dignitatis meæ, & prætereà ornamento mihi fuisti: prætereà gravissima fœmina, mater tua, majorem diligentiam operamque in salute meâ conservanda impendit, quàm à muliere postulare æquum fuisset. Quare singulari studio à te contendo, ut animo Tuo semper in hæreat flagrantissim⁹ amor in me absentem, meque consiliis juves, & autoritate tua tuearis. Vale!

§. 9. Adjiciam aliud exemplum epistolæ 18. è lib. V. ad famil. Etsi egomet, quod tibi consolationem adhibeo, ipse solatium requiro, proptereà, quòd nihil molestius jam pridem tuli, quàm quæ tibi acciderunt mala; tamen te valdè non hortor solùm, sed etiam pro nostra familiaritate oro atque obsecro, te confirmes, fortemque præstes, & qua lege omnes mortales, & quibus temporibus vivamus, cogites; majora animus tuus habuit, quam casus eripuit, proptereà, quòd consecutus es, quod pauci homines nunc; perdidisti, quod multi viri nobilissimi. Ex verò

C;

nunc

nunc vinentur temporum, legum, judiciorum-
que everfiones instare, ut beatus is putari debeat,
qui minimo dolore ex hoc civitatis statu emigra-
verit. Tu vero, cui & opes & liberi sunt & mul-
ti familiares amici, quique magnam commodi-
tatem habetis & nostra & omnium tuorum con-
junctione fruendi, & cum unum hoc tibi accidit,
de tam multis fortiter eluctandi, in hoc omni
studio contendes, ne animo succumbas, sed forti
spiritu id feras, quod optimorum quorumcun-
que sententiis iniquitati temporum concessum
esse putatur: Has omnes ob causas debes hanc
iniquitatem æquissimo animo ferre; Meum stu-
dium erit erga te liberosque tuos, quod tu esse
optares, & quod esse debet.

§. 10.

Exemplum formulæ, quo declaratur, quomodo dilatatio vel variatio ejus institui debeat.

Nihil est utilius illo exercitio, quo formulas
epistolarum & sententias ab ipsa statim ju-
ventute variare ac dilatare discimus. Quod &
Quintilian. Instit. Orat. cap. 5. vehementer com-
mendat, & *Manutius epist. 4. lib. 1.* magnopere
sibi profuisse testetur. Fit autem illa dilatatio vel
per *ἰξυγασίαν* vel commutatis propositionibus
detractione, additione, prout commodum vi-
sum

sum fuerit. Non dici potest, quantum subsidii res illa ad omnem eloquentiam conferat, si quis in illo formularum exercitio frequens fuerit; pleraque enim vel orationis vel epistolæ pars formula aliqua consistit, quæ enthymematis aliquid continet vel ethici vel pathetici. Earum si sylvam primò congestam habeamus ex Cicero- ne, ipsas verò ita quasi in memorato habeamus, ut aliam ex alia variare vel dilatare possimus, non verbis iisdem, sed sensu tantùm retento, nihil magis proderit ad eloquentiam. E Manutii verbis videmus, illum integras olim ex Cicer. sententias compegisse, quasi Centones quosdam consuendo, quod ipse postea improbavit; aliam enim viam elegit, ut, sensu retento, alium ser- monis habitum ipsi circumponeret, in quo vera imitandi ratio consistit, quam non consecuti sunt *Bembus, Longolius alique, qui Ciceronis imita- tores* videri volebant. Sumemus e.g. formulam aliquam Cicer. è quadam epistola ad Brutum, quâ ille respondet epistolæ officiosæ: *formula Ciceronis hæc est: Grata vehementer est memoria nostri tua, quam literis significasti, quàm ut con- serves, non quòd de tua constantia dubitem, sed quia mos est ita rogandi, rogo.*

Variatio I.

Nihil est nostri memoria jucundius, quam literæ tuæ nuper mihi declarârunt, illam, ut propriam perpetuamque esse velis, penitus te rogo, non quòd te voluntate constantiaque tua dubitandum mihi esse existimem, sed quia

solenne illud nostrum in epistolis servandum est.

Variatio 2.

INcrebuit illa increbuitque scribendi consuetudo, ut amicis nostri memoriam ubique cantemus, hunc itaque morem potius secutus à te contendo, ut, qui fuisti, noſter eſſe velis: non ut fidem tuam ac amorem, quem literis tuis mihi repræſentatum eſſe gaudeo, inexploratum aut incognitum mihi credam.

Variatio 3.

MUltum te ob literas tuas ama, quibus te nominis mei cupidiffimum ſtudioſiffimumque cognovi: hunc ut animum mihi ſerves, à te majorem in modum peto, non quòd te tam volaticum mobilemque in affectibus eſſe exiſtimem, ſed quoniam ille mos eſt, ut mutuis verborum lenociniis, qui literas ſcribunt, ſe invitent.

Variatio 4.

Eò libentius tuas amplexus ſum literas, quo illæ in memoria noſtri pleniores uberioresque fuère. Huic amori tuo ut conſtantiam adderes, rogarem, ſi ullam in te inconſtantiam diſſimilitudinemque rerum & conſiliorum unquam deprehenderem; hanc cum de te vel cogitâſſe piaculum foret, quò verborum tamen pompæ ſatis fiat, ut me porro ames, rogatum volo.

Va-

Variatio 5.

Magna affectus tui vis ex epistola tua elucet, multa illic est nostri memoria, ut nihil fieri potuerit honoratius, nihil mihi acciderit jucundius. Non levi fortassis te affecerim injuria, si rogârim te, ut in isto amore perseveres, levitatem cum in te, amantissimo mei viro, accusare viderer; Rogo te tamen atque ideò rogo, ne quidquam amore consueto alienum admisisse videar.

Variatio 6.

Mirificam è literis tuis accepi voluptatem, quòd in memoria tua penitus nomen meum insedisse intelligam. Nihil igitur tota cogitatione mea vehementiusque optaverim, quàm ut, qualem te hæcenus ostendisti, semper nobis præstes, & amoris nostro insenescas; Quo etsi te arguere ut vagum instabilemque videar, tu tamen benignius amicorum vota interpretaberis, qui in isto literarum commercio ambitiosius in officiis se provocare consueverunt.

Variatio. 7.

Onos felices, qui literis tuis non solum honorati, sed studiis officiisque tuis ornati sumus. Quòd si ad hunc officiorum cumulum, perennitas accesserit, omnia à te habebò; sed parùm circumspectè habiturum me dico, qui

jamdudum in plenissimam animi tui possessionem missus, nunquam ac si te temeritatis accussem, inde ejici possim; dabis tamen veniam, si ex more literarum, iterum iterumque te, ut in amore perseveres, rogaverim; paulò enim meticulosior & λογοςείδαλος amor esse solet.

Variatio 8.

Si quid rerum mearum gratum & dulce mihi unquam fuit, ut ἐπαινος ἡδυστον ἀκρομα esse solet; nihil sanè magis me movit, quàm honorifica ista nostri memoria, quæ in literis tuis paginam utramque facit. Quid mihi optabilius, quid suavius, quam ut firmissimam hanc habeam tuam benevolentiam. Rogarem te, ut hanc mihi ferves, nisi levitatis suspicione tam præclaram opinionem tuam ferirem; Quoniam verò vulgò ita fieri solet, te ut favere mihi porrò velis, non rogo solùm, verum etiam obsecro.

Variatio 9.

Vide quanta in te sit suavitas, qui non literas tantùm humanissimas mihi dedisti, sed tot laudibus prætereà ignobile nomen nostrum cumulas, ut mihi nunc ipsi placere incipiam, postquam apud te tam gratiosum esse intelligo; Serva mihi hunc animum factum integrumque, vir maxime. Sed parùm ego certus orator ad te venio, qui, cùm ita rogo, læsæ amicitiae reus videri poteram, dum suspitioni levitatis aut inconstan-

stan.

stantiæ locum apud me reliquum esse ostendo: eris tu vel non rogatus noster; neque tamen has preces nostras, si te rogavero, in sinistram partem rapies; facio enim, quod ii, qui amicitias ambiunt, facere solent, ut precibus verbisque obtundant, studiisque omnibus amorem eblandiantur.

Variatio 10.

Non mediocrem animo voluptatem cœpi, cum tuas legi, tot amicitia tuæ cumulas documentis; quam his favoris tui trophæis triumpho? Rogarem te denuò, ne hunc favorem nostri ulla obliterari oblivione finas, neque te aliorum infusurrations mihi auferant; si propensissimam voluntatem ulla diffidentis specie tentare fas videretur: scio me memorem monere, & currenti calcar addere; nam vel suspiciones meas tuis officiis vinces; oro tamen, ut amare nos pergas, potius ut officioso meo pudori consulam, quam ut fidem tuam ulla suspicione adspergam.

§. 11. Patet ex unius hujus exempli toties variata dilatatione, quantus excurrendi campus, si scilicet stylum eâ ratione exercere velimus, nam vel centesima variatione periculum facerem. Instituitur hæc dilatatio *per synonyma, epitheta, transposita, commata*, atque in novas periodas transfusa, quibus si figuræ accesserint, quas hîc immiscere nolimus, longè major sub manibus nasceretur copia. Aliquibus exemplis *dilatationis periodica* aliqua specimina dabimus, cum

cùm ad caput illud perveniamus. Hoc crebrum fit tyronis exercitium, cùm prima posuit latinitatis tyrocinia, sumat sententias, formulas, easque illo modo, quo præcepimus, primùm simpliciter verba dilatet, hinc novas sententias intertextat, & per plures periodos circumducat, & uberrimum aliquando ejus exercitii fructum experietur.

CAP. VII.

De

Dilatatione Sententiarum
sententiosa.

§. 1.

DE simplici sententiarum dilatatione *priori* capite egimus; venimus nunc ad alterum genus, quod, *sententiosum* vocamus, cujus in stylo arguto usus est, quodque in illo genere aliquid scribentibus multum prodesse poterit.

§. 2. Hujus exemplum in *Seneca* habemus, cujus epistolæ cæterique libri nihil aliud sunt, quàm *sententiæ coagmentatæ*: huc quoque referendus est *Tacitus*, qui sententiosum dicendi genus historiâ amplexus est; sed ceteris præferendus est *Seneca*. Quæ verò moderatio in sententiis esse debeat, optimè *Quintilianus* præcepit: frigida sententiarum affectatione, nisi è re ipsa efflorescant, nihil est insulsius.

§. 3.

§. 3. Dilatio hæc non est sermonis, quatenus ille certo verborum ambitu concluditur, sed thematis alicujus integri per *sententias synonymicas*, sed tamen aliis subinde verbis figuris & sensibus variatas.

§. 4. *Allegorica παραμυώδη* sententias illas mirè ornant, sed cum judicio & parcè usurpata; *adagiorum* itaque apparatus habendus est, & cum judicio applicandus. *Similia* hîc præ ceteris conveniunt; sed illæ non debent per protasin & apodosin suam evolvi, sed nudis propositionibus adduci, altera parte omissa.

§. 5. *Metaphoræ* itaque, quæ quasi similia contracta sunt, præ omnibus hîc locum habent, exque illustres, non tamen audaces & poëticæ.

§. 6. *Gnomica arguta*, qualia sunt *P. Minii* sententiæ, it. illa, quæ colligit *Gruterus in florilegio*, omne hîc punctum ferunt.

§. 7. *Indictiones exemplorum* seu vera illa sint seu fabulosa & ficta, hanc sententiarum explanationem mirificè ornant.

§. 8. Schemata & figuræ sententiarum connexioni in hoc scribendi genere mirificè inserviunt; licet enim tota illâ oratiunculâ unum tantum thema tractetur; illa tamen figurarum varietas efficiet, ut aliud ex alio videatur dici, quanquam reverà unum idemque sit; id in *Seneca* ejusque scriptis manifestò deprehendi potest.

§. 9. Sententiarum varia sunt genera,
nam

nam & hinc multæ dicendi formæ sunt, possuntque, quemadmodum integra oratio, secundum omnes *Hermogenis* formas illæ considerari. Quæ de re videndus est *Sturmius in libr. de universa ratione elocutionis Rhetoricæ, capitibus 12. lib. 1.* Sed ad hanc nostram dicendi rationem illa subtilior consideratio non usque adeo pertinet. Neque hic sententia consideratur, quatenus partem aliquam orationis, quæ ad populum habetur, constituit, sed quatenus speciem aliquam progymnasmatum rhetorici præbere potest: in oratione enim raræ sunt sententiæ infinitæ & generales, quanquam tamen plenissimæ sint sententiis, quæ rerum sunt universalium atque infinitarum; verum personis atque temporibus adstringuntur, ut vis earum lateat & splendor non appareat, plusque possunt in causâ finita occultatæ, quàm in infinita simpliciter pronuntiata: cum enim personis & rebus implicentur, ferotenus auditorum animos ferunt; sic infinite positæ scholam sapiunt, & locos communes olent. Quam ob causam illud scribendi genus, quod *Italorum recentiores nonnulli* excogitarunt, quod, lapides scilicet locuturi, *lapidariam eloquentiam* vocant, eruditioribus vehementer displicet, ut quod sententiis puerilibus interdum lascivit; Si verò modus habetur in rebus neque affectationi nimium indulgetur, etiam hujus exercitii magnus usus esse potest, si non in orationibus civilibus, saltem *in orationibus sacris*, quæ locos communes virtutum & vitiorum uberius tractant: quò enim profundius hinc quis meditationibus indulget, eò magis in
tales

tales sententias abripitur, quarum ideam inter Latinos nemo melius dedit, quàm *Seneca*. Certum est, qui frequens ejus lector fuerit, illum in his meditamentis felicem & fecundum fore, assequetur autem illam fecunditatem exercitio hoc sententiarum dilatatorio.

§. 10. Eorum exempla plurima possent proponi, quandoquidem verò in lectionibus nostris, de argutia dictione, eorum aliqua proposuerimus, non attinet illa operosè hîc iterare; unum tantum ejus specimen hîc daturi sumus. Thema sit: *Nulla sublimia, tuta.* 1. Facestant sublimia, mihi omnia parva magna sunt, 2. nihil natura in altum sustulit, cui à lapsu non instet periculum. 3. Quæ summa sunt, despiciuntur; quæ humi serpunt, minus videntur, minus ridentur. 4. Docuit me refractaria & procera abies, quanto rectius se boreæ incurvet arundo, & nulla sui parte frangatur. 5. Gestiant Reges in trabeis suis & tumeant, sed & timeant à seditiosorum manibus, à ficariis, à veneficis. 6. Salvi erant Ægyptiorum Dii inter olera; non tuti in armis & in astris. 7. Sim Aristippus, nec utar quidem Regibus, dummodo olus patienter prandeam. 8. Pueri rerum aestimant quantitates, & pro incremento magnitudinis incrementum faciunt aestimationis. 9. Stet quercus & illudat aëri, stent turre & obsistant nubibus! sunt venti, qui dejiciunt, sunt fulmina, quæ prosternunt. 10. Esto ingens Polyphemus, sed caveat magnas parvi Ulyssis astutias. 11. Tutius est, humi affixum harere, reptantia cernuntur minus, sper-

nun.


nuntur minus. 12. Quantus leo est, & timec tamen insidias hominum; quantus elephas, & terret eum sus grunniens. 13. Non decidisset in profundum Icarus, si sublimia non petiisset. Hunc in modum plura possent coacervari, quæ neque satis inter se cohærent, neque tamen omninò dissentanea sunt: non alia ratione instituitur *Stylus Senecæ*, quare illum *arenam sine calce* vocarunt olim, rectè quidem, si civilem orationem spectes; huic enim tale dicendi genus non convenit; *iniquè* tamen, si argutum & sententiosum illum characterem intuearis; nam delectat sanè mirum in modum *Senecæ* illa foecunditas, & in *thematibus Philosophiæ moralis* non commodè tantùm adhibetur, sed mirificè ornat.

CAP. VIII.

De

Dilatatione periodica.

§. 1.

 Sententiarum dilatatione ad *periodum* procedimus, quæ est *comprehensio certæ sententiarum ita ordinarum, ut ad principium suum reflectantur, unde etiam periodus nomen invenit.*

§. 2. Nolo hîc prolixè de periodo ejusque divisionibus agere; illa enim apud Rhetores plena manu feruntur; id tantùm sciendum est, esse *monocolon, dicolon, tricolon & tetracolon, & sin.*

singulas species iterum quandam productionem admittere; vel nunc tantum ostendemus, quomodo simplex sententia vel periodus in periodos plures dilatari, atque una periodus in plures discerpi possit

§. 3. Minima periodi pars *comma* est, eamque sequitur *colon*, quæ est sententia quasi suspensa & minus plena; non quod in se considerata plena non sit, sed quod plerunque referatur ad aliam partem, atque ex illa plenum sensum capit: *ejus dilatatio* satis è prioribus intelligitur, nam quod de verbis & sententiis diximus, illud hic omninò quadrat. Potest itaque ad commatis vel membri sensum addi aliquod synonymum aut epithetum, vel adjectivum vel adverbiale, aut antitheton, quibus omnibus valdè extenditur; quæ omnia, ut jam dicta, præsupponimus.

§. 4. Modus circumscriptionis post simplices illos verbales dilatandi modos *primus* est, ut cum nomina substantiva circumscribuntur per alia, quæ significant æquipollentiam, virtutem, vitium, facultatem, iudicium, motum animi, sensum, conceptum, causas & circumstantias quaslibet, sicut & per illa, quæ generis, speciei, totius, partis & accidentis significationem habent. Exempla illorum apud Ciceronem aliosque autores occurrunt infinita, & nos supra non pauca dedimus, quibus addantur ista: Cic. 1. *Catilin.* concepi nefarios tuos conatus *amicorum presidio & copiis*, i.e. per amicos. *ibid.* nec privata domus parietibus continere *vocem conjurationis tue* potest, i.e. conjurationem tuam. *Comitum magna*

D

E

& periculosa sentina respubl. exhaustietur, i. e. comitibus, corruptelarum illecebra i. e. corruptelæ. tanti facinoris immanitas, i. e. facinus tantum. tempestas invidia i. e. invidia. unius horæ usura, i. e. una hora. jucundissima lectionis voluptas, i. e. jucundissima lectio. literarum officium, i. e. literæ. memoria nostræ voluntatis & amicitia i. e. nostra voluntas & amicitia. Verborum, præcipuè eorum, quæ significant aliquid humani, periphrasis est, per verba intellectus, voluntatis, vocis, sermonis, scripturæ, sensus, usus, doloris, omnisque humanæ facultatis, juris, ut & motuum, virtutum, vitiorum, morum ac proprietatum humanarum, quæ figura *plagiasmus* dicitur; de quibus supra nonnulla diximus, & longè plura dici possent. Tale est illud *Ciceron. de lege Agraria*; datur igitur iis plurimum, ut liceat eis vendere omnia, i. e. vendant omnia *Cicero pro Rabirio*: etsi non est meæ consuetudinis, initio dicendi rationem reddere, id est, etsi rationem non reddo. *Id. lib. X. epist. famil. 27.* est igitur in tua potestate, ut ille in me satis sibi præsidii putet esse, i. e. da locum meæ commendationi, *Id. pro Rosc. Americo*: nam per Deos immortales! quid est in hac causa, quod defensionis indigeat? qui locus ingenium patroni requirit, aut oratoris eloquentiam, magnopere desiderat; Totam, judices, causam exponemus, ante oculos expositam confidemus, ita facilius, quæ res totum iudicium contineat, & quibus de rebus nos dicere oporteat, & quid vos sequi conveniat, intelligetis, h. e.

totam

totam rem intelligetis. Videmus itaque in hoc exemplo non tantum periphrasin esse, sed & *partitionem*, quæ singularem quoque dilatandæ periodi modum constituit, de qua *statim* agemus. Ad *periphrasticas locutiones* spectant etiam illæ, quæ nomina in verba & verba in nomina commutant, ut Cic. lib. 1. famil. epist. 6. in omnibus meis epistolis est legitima quædam accessio commendationis tuæ i. e. accedit commendatio. Lib. 2. fam. epist. 7. Illud soleo mirari, i. e. hoc miror; & infinita alia.

§. 5. Extenduntur commata & cola per *Additionem*, quando adduntur phrasæ & conceptus causarum, effectorum, antecedentium, consequentium, omnium circumstantiarum, generis ad species, totius, ad partem. e. g. tale est *Cicer. pro Sextio*: Siquis antea, iudices, mirabatur, quid esset, quod pro tantis opibus Reipubl. tantaque dignitate imperii, nequaquam satis multi cives forti ac magno animo invenirentur, qui auderent se & salutem in discrimen offerre, & pro statu civitatis & pro libertate communi, h. e. siquis miratus est, quod nemo se offerret; additur hic scilicet aliquod antecedens. *ibidem*: quanquam à Q. Hortensio, clarissimo viro & eloquentissimo, causa Publii Sextii perorata est, nihilque ab eo prætermittitur, quod aut pro Reipubl. conquerendum fuit, aut pro reo disputandum; tamen aggrediar ad dicendum, ne mea propugnatio ei potissimum defuisse videatur, per quem est perfectum, ne ceteris civibus deesset, h. e. di-

cam pro Sextio ; additur antecedens duplex
 & causa finalis. *Ita lib. 5. Famil. epist. 1.* Sum-
 ma tua autoritas fecit, meumque perpetuum
 de singulari tua virtute iudicium, ut magni mea
 interesse putarem, & res eas, quas gessissem tibi
 notas esse, & non ignorari à te, quâ equitate &
 continentiam tuerer socios, provinciamque ad-
 ministrarem; his enim à te cognitis, arbitraberis
 facilius, me tibi quæ vellem probaturum, h. e.
 res gestas tibi notas facere, & non nihil te ro-
 gare volui: additur locus causæ impulsivæ
 antecedentis. Atque hic est ille modus ampli-
 ficandi per multiplicationem propositionum,
 cujus meminit *Erasmus in libr. de copia rerum*,
 & *Micraëlius in comment. super illum libr. 2. cap. 2.*
 ubi plura exempla affert enunciationum, quæ
 potestate plures continent, & vel circumstan-
 tias multas ex facto orientes habent, vel alios
 conceptus è locis causarum, effectorum, fimi-
 lium, adjunctorum &c. Sed illa propositio-
 num multiplicatio præsupponit fontes illos rea-
 lis dilatationis, de quibus *infra* pluribus agemus.
 In dilatatione periodorum multum momenti
 hic modus habet.

§. 6. Per *partitionem* extendantur com-
 mata & cola, cum quis delectus instituitur re-
 rum è loco distinctorum seu diversorum seu
 etiam oppositorum, ut rursus in eundem lo-
 cum referantur: Exemplum in *figne superius*
 dedimus. Spectat huc initium orationis *pro*
Archia: Si quid in me est ingenii, Iudices, quod
 sentio quam sit exiguum, aut si qua exercitatio
 dicen-

dicendi, in qua me non inficior mediocriter esse versatum, aut si hujusce rei ratio aliqua ab optimarum artium studiis & disciplina profecta: quâ tota *ῥήσις* nihil aliud dicitur, quàm illud: si quid profeci in studiis.

§. 7. Extenduntur commata & cola etiam per *similia & comparata*, ut in illo *Cicer. pro Roscio*: nihil enim mali est, canes ibi quàm plurimos esse, ubi permulta observanda sunt. Tale etiam est illud *Cicer. lib. 4. Famil. epist. 7.* Non debent homines mirari, cùm & natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior, & temporibus, quibus alii moventur, iisdem ego movear, me esse acerbum tibi, ut sim dulcis mihi, h. e. prodigus non ero rerum alienarum.

§. 8. Extendendi commata & cola per *oppositionem* etiam elegans modus est: Exemplum est *Ciceron. in Bruto*: Dolebam, quòd non, ut plerique putabant, adversarium aut obtretratorem laudum mearum, sed socium potius & consortem gloriosi laboris amiseram. Ceterùm *oppositio* hîc intelligitur latissimè, prout accipitur de omnibus illis, quæ quomodocunq; sibi contraria vel sunt vel videntur; Logicorum enim subtilitates parùm hîc ad rem faciunt. Fœcundissimus certè ille fons est non solùm dilatationum, sed & argutiarum; de quo multa *Masenius in libro de arguta eloquentia*; Huic affinis est *ἀγορισ*, quando tollimus aliquid, de quo non dicturi sumus,

§. 9. Commatum & membrorum extensiones, quæ fiunt vel per oppositiones vel per

comparationes vel per additiones, certas habent *particulas characteristicas*, quibus quasi vinculis membra & periodi extenduntur, quas particulas benè nosse oportet; nam vel illarum subsidio, etiam cùm conceptus uberiores non occurrunt, quasi manu ducimur ad novos conceptus formandos. *Sunt e.g. illæ*: ita, ut; tam, ut: æquè ac; tam quàm; perinde atque; adeò ut; non minus quàm; perinde ut; juxta atque; tantus quantus. Age jam instituamus praxin aliquam hujus doctrinæ! Sit igitur colon: *versatus est egregiè in omnibus artibus liberalibus. è primo modo periphraseos ita efferes*: in omnium artium liberalium disciplina egregiè est versatus. Ita hoc colon: *Tantus hospes excedit omnium eloquentiam*, additis substantivis ita extends; *tanti magnitudo hospitis omnem eloquentiæ copiam exhaurit. per πλαγιασµὸν in verbis ita exprimes*; *tanti hospitis præsentia animos nostros adeò in arctum cogit, ut in laudes ejus diffundere se eloquentia non possit.* Pertinet huc nominum & verborum commutatio: *Siccine ad angustum Athenarum nostrum tua se demisit humanitas? Siccine ad humiles Athenæi nostri angustias Tua se demisit humanitas? instar est dictionis nostræ inopia copiosissimis virtutum tuarum laudibus.* Auspicato tuo adventu literariam nostram palæstram exornâsti, i. e. venisti ad palæstram nostram literariam. Ex modo *secundo additionis* ita dilatabis colon hoc: *versatus est in artibus liberalibus, cùm tanti hominem esse constet, quanti ingenium ejus æstimandum,*

dum, magnis laudibus cumulandus, qui optimarum artium doctrina animum excoluit. Ex tertio modo *partitionis* scilicet ita dilatabis hoc colon: nihil est in toto scientiarum orbe, seu quod meditando extundimus, seu quod actione ipsa consequimur, aut quacunque ratione ad animi culturam spectat, quod ille non exhausserit. Ex quarto modo *comparatorum* ita dilatabis: ut quæ in bonum agrum injecta semina, colono messes amplas largiuntur; ita ex optimis præceptis summam ingenii & doctrinæ gloriam assecutus est. Ex quinto modo *oppositorum* ita dilatabis: non ille otia nisi honesta secutus, quod aliis commestationibus, literis impendit tempus, earumque orbem universum decurrit:

Ita, si dilatandum tibi sit hoc colon: *amavit virtutem*. indaga, quæ virtuti sunt contraria, & magna dilatandi seges se ad manum dabit, si per vitia omnia negando procedes, & unam virtutem omnia referes.

§. 10. *Sextus* quasi *modus* videri potest, quo dilatamus membra per particulas, ut pro indole illarum prædicata ipsis associantur, ideòque cùm particulæ illæ se mutuò respiciant, necessario una sententia in duas vel etiam plures resolvitur. Esto hoc exemplum: *Vir militaris est*. dilatatur per enumeratas particulas; primo per, ita ut: ita Martium illud pectus rei militaris gloria rapiebatur, ut in summa vitæ discrimina intrepidè sese conjiceret. Secundo per tàm ut: tàm infractò animo belli pericula terroresque adibat, ut paucos fortitudinis suæ cen-

serent comites, qui præcederent neminem. Tertiò per æquè ac: æquè prompto animo telis hostium se immiscebat, ac ignavi pedibus salutis suæ consulunt. Quartò per tam quàm: vix usquam tam constanti fortitudine longa bellorum incommoda exantlabit, quàm hic heroum nemini secundus. Quintò per adeò ut: adeò semper sui similem ferebat animum in adeundis belli periculis, ut nunquam expalluisse Martius ille vultus vel ad mortis conspectum sit visus. Sextò per non minus quàm: non minùs consilio & ingenio, quàm manu & ferro promptus fuit. Septimò per perinde ac: perinde illi belli calamitates, insomnes noctes, diuturnæ vigiliæ dulces fuere, ac ignavis pacis otia solent esse voluptati. Octavò per juxta atque: vir juxta certandi voluptate, atque prospiciendi prudentiâ admirandus. Nonò per tantus quantus: Tanto hostes impetu aggrediebatur, quanto fortissimi leones consurgere solent.

§. II. Quod de commatibus ac colis dictum est, id de *integræ periodis* dici debet: omnes verò illi modi, qui ad dilatationem membrorum adhiberi solent, etiam ad integræ periodis dilatationem pertinent, *quæ vel est unimembris, vel bimembris vel trimembris vel quadrimembris*; ultra illa si assurgit, non tam periodus est, quam *ἡμερομῶν* vel periodica circumductio, vel *πρῶμα* vel *τάσις*, de quibus singulis Rhetores consuli possunt.

§. 12. Quemadmodum membra ita sunt permista, ut quod unum est, potestate plura
con-

contineat, ita periodi quoque potestate plures periodos continent, de quo *infra*. Possunt enim omissione particularum per participia, gerundia, epitheta, interjectiones commatum, aliqua ita implicari, ut quàm brevissimè dicta sint, qua dilatatione multum augeri possunt; idque à sola sermonis structura dependet, non extrinsecè à locis dialecticis. Ita bimembris est illa periodus Ciceronis: quoniam cujus consilio occisus sit, video, cujus manu sit percussus, non laboro; illa periodus actu est bimembris, potestate verò quadrimembris & in quatuor propositiones sic resolvi potest: Quoniam manifestè mihi constat, cujus consilio Roscius occisus sit, non suscipiam laborem inquirendo, cujus manu sit percussus. Cæterùm de dilatationibus membrorum & periodorum, quomodo illæ instituantur, prolixè & multis exemplis agit *Sturmius in libro elegantissimo de periodis, parte ejus secunda* compendiosè quædam proposuit *Lauxmin in praxi oratoria*.

§. 13. Ut exemplis illustremus nostram doctrinam, periodus unimembris sit: *avaro omnia desunt*. quæ brevissima est, & si ad aliam periodum ordinaretur, comma saltem præstaret: verùm perfectus sensus est, & certa comprehensio verborum, quâ finis respicit initium; fit bimembris per particulas relativas; tàm deest avaro, quod habet, quàm quod non habet. ubi simul argutia è repugnantibus immiscetur, illud deesse, quod habeas: trimembris periodus ita fit; adeò avaro omnia desunt, ut non tàm quod non habet illi desit, sed & quod habet, habere

non videatur : periodus quadrimembris ita fiet: quandoquidem avaro omnia defunt, non illis tantum bonis ipsi carendum est, quæ extra potestatem suam sunt, sed ne suos quidem census possidere videtur. Illustre periodicon variis additionibus figurarum tam dictionis quam sententiæ exornatum cujus quinque membra, sed valdè producta & interjectionibus multorum commatum dilatata, hoc modo efficitur: Si quantum ex agris fructuum, è pecuniis fœnoris, è prædiis emolumentum, ex omni re nostra utilitatis, ad nos vel nostro beneficio ad alios pervenerit, tantum vel acquissivisse nobis vel ipsi habere & possidere credimur, dubitari non debet, cum nobis ne illa quidem, quæ non habemus, aut liberalitate nostra alienavimus defint, annon avaro, qui re sua uti cum possit, non vult; cum velit non potest, tam alia quæ non habet, quam quæ habet, omnia deesse videantur: Specimen hoc est *circumductionis periodice*, quæ perfecta dici potest, cum integrum enthymema vel epicherema illâ contineatur: illud enim *Hermogenes* in periodo omni requirere videtur, ut *Ἀρχιμετρικὴ* vel argumentativa sit; quamquam tamen id de omnibus dici non possit, verum tamen est perfectissimas esse periodos, quæ argumentum in se continent. Hanc periodum in hunc *syllogismum* resolveris: Qui nescit bonis suis uti, ea, quæ habet, non habet. Avarus nescit bonis suis uti. Ergò quæ habet, non habet. Istæ propositiones alio ordine locatæ iterum aliis

ra-

non

D

rationibus illustrantur; sed de argumentorum & enthymematum dilatatione *infra* plura. Adduntur figuræ sententiarum; *distributio*, agris, pecuniis, prædiis; & ἀντιμεταβολή, elegantissimum conversionis genus, his verbis: cum ne illa quidem, quæ non habemus, nobis defunt, avaro illa, quæ habet, deesse videantur; it. *commutatio* in his verbis: cum possit, non vult; cum velit, non potest. Nota prætereà ἐξεργασίαν in synonymis, sed commodis & appositis, fructuum, fœnoris, emolumentis, utilitatis; ubi singula se referunt ad sua subiecta. Nota hîc *antitheta* & crebriores illas particulas; Si, quantum, vel tantum, vel &, cum tam quàm, quæ omnes sibi respondent & sententias quasi attrahunt: quicquid enim in particulis illis, uti & in pronomibus, quibus etiam adde participia, est ἀποδοτικόν, vel, ut barbara voce utar, respectivum aut relativum, illud omne est περιδικόν & circumducit orationem. Prætereà omnia ornamenta verborum sunt suâ naturâ rotunda, aut faciunt ad rotundandam periodum; ut, *antistrophe*, *conversio*, *similitudo verborum*, *syneresis*, *comparatio*, & prætereà aliæ exornationes sententiarum, quibus quasi vinculis colligatur oratio, & quasi cuneis truditur, ut in se convolvatur, unde & suavitas in sermone oritur, & perspicuitas rerum apparet, memoria juvatur, aures mulcentur; qui potissimi fines sunt, quos intendit periodica oratio aut *circumductio*, ut latinè interpretantur, vel *conductio*, cum integra argumenta periodis terminantur; id enim Græci συνάγειν vocant, Latini *conducere*.

§. 14. Modi, quibus membra extendi deberi docuimus, etiam ad *integras periodos* pertinent, quæ & ipsæ habent particulas quasdam periodicas, quas in membris quoque notavimus, par enim ratio, & omne membrum est brevis periodus, si sensum absolvat, nec ad apodofin suam ordinatur. Si quis itaque se velit exercere in periodis convertendis, primò per particulas id tentet, quæ tamen modum aliquem præsupponunt, aliqua enim addi oportet simplici sententiæ, quæ additio non est frequentior & jucundior, quàm ex locis dialecticis causarum, circumstantiarum, adjunctorum, &c. prout jam subiecta vel prædicata comparata sunt: ita adduntur novi conceptus, si historica periodus est vel aliquid narrat, è circumstantiis amplificatur, quæ trito illo versiculo continentur: *Quis, quid, ubi &c.* Si periodus pertinet ad virtutes, vitia, scientias, & similia, locus generis & speciei, causarum & effectorum. subsidia suppeditabunt.

§. 15. Tentabimus periodorum dilataciones per particulas. Sit hoc thema: *Virtus gloriam immortalem parit.* Dilatatur per particulas conditionales in periodos bimembres: 1. Si immortale nomen rerum præclare gestarum fama comparamus, magnis ausibus ad heroica virtutum facinora enitendum. 2. Postquam nominis perennitatem celsæ virtutes sibi vindicârunt in præmium, nullus jam ignaviæ aditus patet ad gloriam. 3. Siquidem æternatura heroum monumenta è præclaris eorum

au-

ausibus eriguntur, cœca vitiorum caligine humi repentes animi lugebunt. 4. Cùm magnæ mentes virtute sua ieram posterorum suorum memoriam mereantur, æterna temporum oblivione ignavia sepelietur. 5. Quandoquidem monumentum ære perennius exigunt immortales heroum animæ, angusto temporis spatio defides nomina sua circumscribent.

§. 16. Similiter per particulas relativas extendi potest periodus, ut in hoc themate: *dux exercitus debet esse historiae peritus*, dilatabis (1. per pronomina: ille qui. Ille militares acies felici disponit ordine, qui è veterum monumentis bellicas heroum artes sibi comparavit. 2. per particulas, tantum quantum; tanto robore martisque successu dux acies instruet, quatenus notitia è veterum analibus pectus sibi obfirmavit. 3. per particulas, tam quàm: Quàm dubiam Imperatori victoriam faciunt gravissima bellorum pericula, tam certam victoriæ spem pollicetur scientia ex historicis comparata. 4. per particulas ita ut: Ita illustrium virorum militarium facta, quæ ab historiis consignata habemus, sunt necessaria, ut ab illorum notitia maxima bellorum momenta dependeant. 5. per partic. toties quoties; toties in magno discrimine exercitus versatur, quoties ducem militaris scientiæ ignarum sequitur.

§. 17. *Idem lemma* trimembribus periodis potest exprimi, e. g. per particulas conditionales: 1. Si non minus fortiter, quàm feliciter
præ-

prælia cum hoste committere vult Imperator, in id ut imprimis incumbat, necessum est, ut animum antè militari scientia, quàm dextram ferro instruat. 2. Postquam veterum heroum illustria gesta quis evolverit, tum demum, non vana spe sibi imperator polliceri potest, fore, ut victoriam ab hoste reportet. 3. cum tot varia bellandi sint stratagemata, fieri nullo modo potest, ut notitia rei bellicæ privatus, felicem in bellis successum consequatur. 4. Si quidem militaris scientia non minorem requirit institutionem, quàm cæteræ liberalium artium disciplinæ, ille mihi optimus belli imperator videtur, qui maximam rei bellicæ gerendæ cognitionem, ex veterum historiis sibi comparaverit.

§. 18. *Idem lemma* quadrimembribus periodis dilatari potest, h. m. 1. Si quantum fortitudinis Martia pectora requirunt, tantum eruditionis è lectissimis heroum gestis sibi Imperator compararet, næ ego futurum ausim dicere, ut semper felici eventu belli alea cadat. 2. Quemadmodum bellicæ artes ad exquisitissima stratagemata hodiè pervenerunt, ut secundam belli fortunam non nisi callidissimus sibi polliceri audeat, non sine omine prædixero, eum ob hoste relaturum victoriam, qui universam bellandi artem à magistra didicit antiquitate. 3. Cum plurima sint, quæ ad boni ducis dignitatem rectè obeundam desiderantur, tum illud desiderari existimo, ut non minus literis, quàm animi fortitudine sit præditus. 4. Qui
se

secundos bellorum successus non modò in virium robore fitos credit, verum etiam in præclara dimicandi scientia positos esse arbitratur, ille mihi dignissimus videtur, cui Respubl. civium salutem, & suorum incolumitatem militum committat. 5. Quoties superiorum temporum præclarissimum decus memoria reputo, & quo animi robore, qua patriæ gloria gravissima bella confecerint, considero, toties mihi in mentem venit boni Imperatoris munus non solum Martium, sed & eruditum pectus sibi vindicare. 6, tantum hodiè valet ad bellorum negotia annalium veterum notitia, tantum solida bellandi scientia ex antiquis monumentis congesta ad boni Imperatoris officium requiritur, quantum armorum præsidia militantibus sunt necessaria, quantumque artium, propugnacula, muri, &c. conferunt ad hostium insultus retudendos.

§. 19. Nemo non videt, propositiones illas per adjectionem nonnullarum vel circumstantiarum vel adjunctorum, ope particularum dilatatas, modis multis aliis dilatari posse: Sunt enim illæ *particula verè periodica*, & ad periodum formandam ordinantur, suntque præter illas aliæ quoque ad periodos connectendas inventæ, ut: *verum enimverò*, *quamobrem*, *quandoquidem*, *verumtamen* &c. quæ adeò ad oratoriam dictionem pertinent, ut illis nullus detur locus *in carmine*, cui quidem etiam est pro ratione metri sua periodus, sed ab oratoria omninò diversa. Non enim ita nexa est oratio,

oratio, neque ita necti debet, nisi velimus profaicæ similem facere, quod magnum est in carmine vitium. Idem videmus in carmine German. quod non capax est particularum periodicarum Germanicarum, quales sunt: *Dannhero / derowegen / folglich / angeregter massen* &c. Quid si figuras quoque in subsidium vocare velimus pro dilatanda periodo, infinitis possemus exemplis doctrinam hanc illustrare; Sed servamus hoc ad caput illud, ubi speciatim *de dilatazione per figuras* agemus: nam periodus, quæ talis, commodè dilatari per figuram, nisi variato, ut ita dicam, sententiæ statu, non potest, habet enim aliquid coacti & inviti, si unum idemque lemma per omnes figuras trahatur; simplicem enim sententiam repræsentat periodus, quæ in illo statu, ut posita est, dilatari debet, & licet quædam figuræ sententiarum, imprimis illæ, quæ in additione consistunt, periodum pulchrè amplificare possint, tamen vehementes illæ figuræ & affectuosæ, item figuræ dictionis, non omnes quadrant ad unum aliquod thema; quam ob causam vir doctissimus, *Job. Ludovicus Praschius*, in *suis styli præceptis*, exagitat Rhetores, qui unam sententiam per omnes figuras tucunt, quasi velit aliquis docere, quomodo os in 1000. species distorqueat; Sed ille tamen non omninò audiendus est: neque verum hoc est, nisi de iis, qui nulla styli lineamenta duxerunt, illi enim figuris illis Rhetoricis potius sermonem confunderent, quàm juvarent; de figuris grammaticis alia res est.

§. 20. Subjungendum hic est *artificium unius periodi in plures resolvendi*. Fit illud *duplī-*
*ci-*ter: nam 1. circumductior periodus una mul-
 timembris resolvitur in plures periodos conci-
 sas: quale artificium instituit *Masenius in palestra*
styli Romani; nam unam Ciceronis epistolam,
 circumductis periodis & membris, commutavit
 in epistolam concisioris styli; sed illa in re non
 tam *dilatationem*, quàm *variationem* spectavit.
 Vel 2. una periodus multimembris resolvitur
 in plures periodos ejusdem mensuræ, quòd sci-
 licet nonnulla membra vel propositiones periodi
 resolvendæ potestate sua contineant plures pro-
 positiones, vel aliqua addantur è locis causarum
 & circumstantiarum, unde prior periodus nova
 aliqua incrementa aut additamenta capiat.
 Exempli loco sumemus *epist. 74. lib. XIII. ad fa-*
mil. quæ constat quatuor circiter periodis. Illa
 dilatabitur in plures, h. m. Non puto te fugere,
 quæ & præsens tecum egerim, & per literas de L.
 Oppii familiaris mei, & L. Egnatii negotiis tibi
 significârim. Et novi sanè tuum in me amorem
 & observantiam, tantaque tibi mecum inter-
 cedit necessitudo, ut non facilè crediderim,
 te rerum mearum & amicorum oblivisci vel-
 le, nisi & mei ipsius obliviscaris. Ne verò
 ipse & literis in te parcior, & in causis amicorum
 segnior videri possim, iterum de amicorum sa-
 lute ago per literas, quorum tu causam agas,
 etiam atque etiam rogo, cavebisque, quantum
 in te erit, ne mihi iterata hâc commendatione
 acta sint agenda. De L. Egnatii negotiis im-
 E pri-

imprimis velim cogites: nôsti enim, quanti hominem amem, quanta sit nostra familiaritas, ut vel eo solo, si me amas, ad desideria mea implenda possis debeasque permoveri. Puta eundem esse qui petit, cum eo, pro quo petit, nec tam illi te, crede, hoc officium, quàm mihi, exhibiturum, qui in re mea non magis laborarem, dum laboro in re amici, quæ etiam est è re mea. Fac igitur, ne inter solos nos dispereat amor noster, & illaudato perimatur silentio, quod profectò fiet, nisi etiam aliis amoris nostri constantia, summaque animorum consensio innotescat. Sit igitur L. Egnatius quoque inter illos, qui è facili tuo assensu cognoscat, quanti tu me æstimes, ne ille dubitet, se à me æstimari. Triplicem itaque amicitiam uno quasi solidabis officio, tuam erga me, meam erga te, tuam atque meam erga L. Egnatium. Vide, ne tam splendidam benè merendi occasionem prætermittas, quod te vehementer rogo.

Exemplum ex *epist. 18. lib. V. ad famil.* eodem modo proponemus: Quemadmodum aliorum morbis difficulter medentur, qui ipsi totius corporis doloribus oppressi sunt, ita parùm mihi videor consideratè agere, qui te erigere afflictum, excitare abjectum cupio, cui ipsi optandum erat mali sui levamentum: acerbissimum enim dolorem hausi ex tuo incommodo, tuaque causa intimis sensibus angor: tu tamen ita hæres in medullis, ita te fero in oculis, ut quicquid in pectore meo reliquum est consilii & opis, id omne tibi cupiam impendi. Singulari itaque
 stu-

studio à te contendo, ut te ipsum adhorteris & indures, ac dolori tuo manum injicias, ne ille te virum, & quidem sapientem virum, prosternat. Nôsti vetus illud: homines nos esse, & nihil humani à nobis alienum; quod si parùm te consolatur, vide in quo motu temporum, quanta in conversione rerum & perturbatione versemur, qui non modo succum omnem & sanguinem amisimus, sed etiam colorem & pristinam civitatis speciem. Quæ si rectè apud animum reputaveris, moderatiore animo malum tuum feres, & molestias parvas ac leves facilesque toleratu experiêris. Plura virtutis & industriæ ornamenta in te sunt, elucet, vel ceteris extinctis, sola tua sanctitas & prudentia: habes quæ quidem in homine dantur bona, parentes, patriam incolumem, amicos, cognatos, genus, divitias; his tuis tam excellentibus bonis gaudere jure potes, quæ in unum collecta sunt, & nunc te mordet, unico & levissimo bono fraudari; & in tanta rerum omnium spoliatione, provinciæ diminutione mulctari. Quôt quantoque labore quæfita atque collecta sunt! quæ tua virtute perfecta! quibus tu non ornamentis præfidiisque redundas! ut vel in invidia atque odio apud nobilissimos homines, tua novi hominis virtus & industria esse videatur. Cùm illi vel in ipso gloriæ partu naufragium fecerint, tu exiguam accepisti injuriam & penè nullam, qui hanc rei familiaris lacunam facilè explebis. Tua respicis quidem mala & tantùm privata, nec vides, quæ imminent nobis publica. Quanta rerum

nostrarum varietas atroci hoc & difficili reipubl. tempore, ut nemo propemodum conjectando assequi possit, qui cursus rerum, qui exitus futurus sit. Quàm invalidum est legum auxilium, quò prolapsa illarum sanctionibus custodita disciplina? rogantur novæ, rumpuntur rogatæ, judiciis iniquis exsorbetur sanguis civium. Quos non iniquæ litium procellæ pervertent? quibus sæpè ab his in majores plagas incidendum est. His tam malis temporibus & moribus, an non secundas atque prolixas ejus res dicemus, qui minimo cum damno ex illa republ. evolverit? Tu verò qui & ipse præsidia tibi genueris, optimos liberos, fortunarum tuarum participes, qui nos, plurimosque alios, ad tuam amicitiam aggregaveris, omnes amore ac officiis flagrantissimos, qui consuetudine quotidiana, familiaritate, aditu, congressione nostra fruaris, seria jocosque nobiscum celebres. His opibus quasi per ludum & per negligentiam hunc casum tuum sustentabis. Nôsti, quàm sint multi iique optimi viri, qui judicium de te latum, non cogitationis tantùm tacito convitio verberent, sed & magna vocis libertate perstringant; ac nôsti, quæ sit quorundam animi infractio & demissio, simili nutu ac renutu unius potentioris hominis voto respondentium; Quantaque fuerit in hac ipsa tua causa honestorum hominum dubitatio, hæsitatio, tractusque verborum; in quæ omnia ubi considerationem intenderis, non turbulentè, sed silentio ferre has plagas debes. Me quidem certè tuarum, actionum, sententiarum, voluntatum,

tatum, rerum denique omnium socium comitemque habebis, & illud profectò cognosces, mihi te neque cariorem neque jucundiozem esse quemquam.

Exemplum III. *ex epistol. 6. lib. 2. ad Famil.*

Nondum constante fama atque omnium sermone celebratum erat, te iter tuum ad urbem directurum, cum negotium S. Julio dedi, ut has ad te literas perferret; sed tamen cum propius te abesse ab urbe non incertis rumoribus spargeretur, compertum verò haberem, dudum te commovisse Asiam, tantæ mihi molis res illa visa est, ut præmaturè factum dici non potest, si literæ ad te mitterentur, quas primo quoque tempore mitti rei necessitas efflagitabat, & ipse vehementer cupiebam. Quòd si mea in te studia atque officia eo loco numeroque habeantur, quo semper habes, soles enim summis ad cælum efferre laudibus, quæ ego vix humi repere existimo, pudentius à te, si quæ magna negotia deprecanda essent, per literas flagitarem: perincommode enim accidit illis, quos à se beneficiis affectos existimant: armatæ enim illæ preces sunt, & qui ita petunt, vim potius inferre modestiæ ac pudori alterius, quàm precariò ac leniter agere videntur, nam merita meritis pensari volunt. Quoniam verò beneficia in me tua, majoribus quasi theatris proposita, in ipsa luce in omnium oculis versantur, estque liberalis ingenii, illi cui multa accepta fers, ferre plura, non habui ambiguum, à te per literas contendere, in quo omnia experiri necessitas quædam,

cogit. Maximè equidem illustria atque insignia tua sunt merita, quibus à te devinctus ornatusque immoderata quadam profusione sum, quò enim non studio magnificentia prolaberis supra sortis tuæ mensuram? Sic tamen mea fert opinio, superari me beneficiis tuis, utut innumerabilibus, utut amplissimis, non posse, humerosque nostros huic oneri ferendo pares futuros. Sed non parùm certè facultate meâ confisus omnia favoris tui argumenta in me cumulari patior, quorum velut femina voluntas mea concipiat, largiore aliquando proventu refundenda. Quocunque me animo & cogitatione convertò, Reipubl. nostræ mecum commentor statum, & quoniam instat Consulatus mutatio, in eam cogitationem adductus sum, neminem dignius quàm Milonem sustinere tanta munia posse; existimo enim nullam meam operam esse tantam, quæ ipsi non debeat impendi, aliquam etiam pietatis rationem à me esse habendam. Nemo unus est, qui vehementius de illo laboret, aut honori ejus magis inserviat, quàm ego, neque unquam mihi pensi quicquam erit, quàm si toto pectore ad ornandum illum incumbere possim; magni enim tum ad decus, tum ad fortunas meas interest. Hujus tamen totius negotii conditor, ut intelligo, esse poteris, modò id præstare in animum iuduxeris; quoniam enim unus illa potes, in te omnes nostras spes habemus. Multa se nobis dant ad manum argumenta, quæ quasi prora sunt & puppis spei nostræ obtinendæ: firmissima benevolentia bonorum ho-

ho-

hominum muniti sumus, in quorum animas quasi influxit, me ex tribunatu illi januam patefaciente, ut spero te habere cognitum. Non desunt nobis benignitates plebis, in quam ille penè totum se profudit, comitate sua invitando, beneficiisque sibi, quos poterat, conciliando: habet juvenes genere nobiles, ingenio promptos, gratiâ florentissimos, sibi devinctos: in omni enim officiorum genere eminent, in ipso decori & honesti dignitas. Adest ipsi præter aliorum puncta mea quoque suffragatio, nec deerunt fortè, qui prærogativam & auctoritatem sequantur: quanquam enim ipse habeo exiguam efficiendi facultatem, tamen quia optima & æquisima suadeo, & publicæ rationes postulant, ut quædam necessitas rei sit imposita, credo omnes libenter sententiam meam amplexuros. Deest nostrorum consiliorum architectus quidam & machinator, quem te designavimus, in quo quasi prærogativam omnem suffragiorum esse existimavimus. Nemo unus est, qui tecum conferri æquarique possit, ut in te quasi corpus unum & consilium totiûs Senatûs esse videatur. Quod si memoria hæc in referenda gratia jucunda est, si me bonum, sapientem, & civilis officii non ignarum, & vel ex eo dignum judicas, apud quem beneficium ponas, justam rem & facilè oratam à te esse volo, ut hac me libera sollicitudine, ut hujus me gloriæ cupidum foveas & sustentas, cum conspiratione & consensu tuo ad decorandum eum incumbis. De Annio affirmatè tibi promitto, si ad ejus amicitiam aggregare

gare te dignatus fueris, non temerè habiturum, in quo major eniteat virtus, modestia, æquitas, altitudo animi, quique honoris tui studiosior cupidiorque futurus sit; in me verò non parùm honoris cumulaveris, ut tùm demum cognitissimum habiturus sim, eundem te fuisse in laude, mea proroganda, qui fueris in salute conservanda. Ego nisi testatum te scivissem, quùm has ad te literas darem, quàm maximis beneficii vinculis obstrictus Miloni sim, quàm omnes machinæ mihi sint adhibendæ, quàm præfulciendæ & præmuniendæ omnium studiis, crebrioribus te literis appellarem. Nunc tibi negotium omne & totum hominem trado, omniaque, quæ nobis chara & ampla sunt, in fidem & patrocinium tuum collatum volo; unumque hoc tibi declaro, si à tua virtute perfectum hoc sit negotium, majoribus beneficii vinculis tibi, quàm Miloni obstringendum. Non enim mihi incolumitas mea ac salutis conservatio tam cordi est, quàm me referendæ gratiæ voluntas delectat, cujus mihi grata æstimatio animo residet; cujus ut voti compos fiam, multæ à te facultates mihi dari possunt.

Quartum exemplum *ex initio epist. 75. libr. XIII. ad famil.* Perscripsi ante hos octo dies ad te de negotio amici, quod multis tibi nominibus ivi commendatum, quamvis propter silentium hætenus tuum vix, quid sperare habeam, constet: peccare in amicitiam nostram quodammodo viderer, si bis peterem à te, qui vel ad nuntium promptus esse solebas: Quùm verò sciam, tan-

tantis de destineri implicarique negotiis, ut
 facile non quidem amici negotia, sed illorum
 maturationem possint subripere, submitto has
 meas, quæ aurem tibi vellicent, præsertim
 cum Caji Aviani Flacci amor me ad scribendum
 adegerit, cujus causa nihil non tentaverim,
 & mehercule debeo. Quod si hæc in memo-
 riam revocari oportet, quæ nescire te recens
 tempus non finit, nôsti quid præsens ego non
 solùm tecum egerim, sed & quàm tu humanis-
 simè responderis. Nec poteram facile crede-
 re, abiisse tibi ex animo argumentum epistolæ,
 quam de eo accuratè scripseram; sed putavi
 tamen, me ejus commodis non vigilaturum,
 si aliquam scribendi occasionem prætermitte-
 rem, frequentiam literarum vocans in subsi-
 dium commendationis. Non poteram deesse
 amico, cujus preces mihi sunt imperio, quam-
 vis me à te in suspicionem adduci posse videar,
 quasi in dubium vocem eam, quam semper
 hæctenus tam erga me, quàm erga illum exhi-
 buisti constantiam: ignoscas tamen, si deside-
 riis amici occupatus vehementiùs flagitem,
 quæ & semper æquissima esse credidi,
 & tibi non ingra-
 ta.

CAP. IX.

De

Dilatatione enthymematum.

§. 1.

Rostquam de periodorum dilatatione egimus, ejusque praxin prolixè ostendimus, non erit omninò difficile, etiam *enthymematum* nôsse dilatationes; quoniam periodi perfectissimæ enthymematicæ sunt vel esse debent, ex sententia *Hermogenis*.

§. 2. Non est verò hîc necessarium, de enthymematibus & syllogismis multa è Logicis repetere; eorum notitiam præsupponimus. Quomodo verò in oratione utamur enthymematibus & syllogismis, de iis tum *Aristoteles* tum *Cicero* plenissimè egerunt, qui ea de re sunt legendi.

§. 3. Notum est, orationem duabus constare partibus præcipuis; *inventione* & *elocutione*, quarum *illa* circa res, *hæc* circa verba versatur; ornatus verborum præ ceteris excolendus est, & inventioni præmittendus. Inventio docet, quomodo enthymemata eruenda sint, pro re aliqua vel suadenda vel vituperanda vel laudanda &c. quorum certi & proprii sunt loci; de quibus agendi hîc locus non est. Nos hîc tantùm de forma illorum solliciti sumus.

§. 4.

§. 4. Debet oratio æquè suis inniti *argumentis*, ut disputatio aliqua; sed forma illorum popularis est, & ad captum populi accommodanda, neque adeò strigosè, ut fit in dialecticis, proponenda. Est igitur quædam argumenta, & enthymemata oratoria dilatandi ratio, quæ non tam fit per verba (quamquam tamen & illorum potest haberi ratio) quàm per rationes & rationum rationes, earum amplificationes, illustrationes. &c.

§. 5. Perfecta argumentandi forma, quæ *Syllogismus* dicitur Logicis, *epichereia* dicitur Rhetoribus, estque nihil aliud, quàm Syllogismus, cujus propositiones non ordine naturali positæ, aliisque prosyllogismis, sed non syllogisticâ ratione, & ornamentis, exemplis, similibus, dilatantur, in quorum structura variâ ostendenda præ cæteris solliciti fuêre *Rhadovius in oratore suo extemporaneo*, & *Lauxmin in praxi oratoria*, ubi exemplorum magna occurrit farrago, quibus recensendis nos non immorabimur.

§. 6. Corpus epichereomatis perfectius est *Chria*, cui præmittitur exordium encomiasticum. Est illic propositio ejusque ἐκφρασις; deinde confirmatio, quæ illustratur à contrario, à simili, autoritate, & testimoniis, quæ omnia accedunt firmando medio termino.

§. 7. Syllogismus minus perfectus est *Enthymema*, quod duabus vel tribus periodis proponitur, vel unâ etiam, imò *vel verbo* interdum; generali tamen significatione etiam epichereia comprehendit.

§. 8.

§. 8 Dilatio hæc præter illam, quæ ex verbis procedit, *locos dilatandi* agnoscit, unde ipsa primaria epicheremata vel enthymemata ducuntur; suntque vel *generales dialectici*, vel *specialibus* illis Rhetoricis *subordinati*.

§. 9. Dilatio est vel *enthymematum* ipsorum ut enthymematum, quæ novis rationibus adjectis fit, de qua hætenus diximus, vel *sententiarum & historiarum enthymematica*, ita à *sententiosa* differens, ut hæc consistat in multitudine sententiarum idem significantium atque aptè connexarum; illa in sententiis narrationi & verbis obliquè immistis.

§. 10. De enthymematica sententiarum dilatatione prius agemus. Sunt verò enthymemata illa *vel ethica vel pathetica*, quæ sermoni implicentur; nam de cæteris *infra* agendi locus erit. *Ethica enthymemata* ostendunt, illum qui scribit, loquitur, esse moratum, ideoque fidem apud lectorem vel auditorem eò facilius invenit. Illæ verò opinio virtutis acquiritur vel è materia, de qua sermo est, vel è modo & forma orationis.

§. 11. Ratione materiæ morati sibi opinionem acquirit, si persuadeat alicui thema aliquod morale, argumentis, quæ fundantur in natura virtutum, unde quilibet conjicit, virum bonum esse, qui persuadet iusta & honesta.

§. 12. Modus & ratio scribendi consistit in formulis, quæ pariunt in animo legentis vel audientis opinionem virtutis de eo, qui loquitur vel scribit. Quare propositio historica exprimi potest

potest *historicè* verbis indifferentibus, vel *ethicè* verbis characterem virtutis & moratum aliquid exprimentibus. Ita si ad amicum scripseris: *heri natus est mihi filius*, id quod res est, narras; verùm si ita dixeris: placuit divinæ voluntati, novo aliquo bono ornare nostram familiam, filius enim heri mihi natus est; tùm sententia illa, quæ erat historica, fit enthymematica, & quidem morata, quoniam pietatem illam tuo sermone exprimis, & boni ejus datorem agnoscis, unde omne bonum promanat. Atque ita simul enthymematicè dilatatur sententia.

§. 13. Quod verò jam attinet ad enthymematica illa ethica, vel potius *formulas enthymematicas morales*, quibus dilatatur sententia, illæ quatuor modis institui possunt. *Primus* est, cùm exprimitur virtus loquentis vel scribentis; *secundus*, cùm imprimitur virtus animo ejus, qui legit vel audit; *tertius*, cùm exprimimus virtutem tertii alicujus, de quo scribimus vel loquimur; *quartus* est, cum formamus generale aliquod effatum, quod sententiæ & axiomatis instar esse possit. e. g. cùm quis ait: Deus me non plebeja sorte nasci voluit, ideoque non committam facinus honestis meis natalibus indignum: formula illa exprimit virtutem dicentis; Si lita efferes: revoca tibi in memoriam, illustri te domo natum, ne itaque quicquam fortis tuæ splendore indignum admiseris; imprimes virtutem istam animo audientis vel legentis; Si sic: genere profapiaque maximi nominis ortus est Titius, ideoque nihil ille perpetrabit, quod splendore

dori

dori ipsius tenebras affundere possit; exprimes virtutem alterius. Si hunc in modum propones; Quicumq; honesto loco natus est, is operam dabit, ne maculam aliquam generi suo inurat; illa sententia quædam erit & effatum morale.

§. 14. Qui epistolas scribit vel orationem habet ad populum, primo & secundo modo frequenter utitur; in narrationibus reliqui duo modi præcipuum locum inveniunt, sed tamen & iidem in epistolis & orationibus nonnunquam poni possunt.

§. 15. *Ultimus ille modus* persuadendi vim maximam habet, ob duas rationes: *prima* est, quòd quemadmodum *sententiæ* sunt propositiones morales, verùm generales sub aphorismorum forma, de rebus practicis in pauca verba contractorum & argutia quadam illustratorum; ita per seipsas impressiones in animos faciunt, & veluti arietes admovent. Cujus exemplum hoc dedit Aristoteles: debemus odisse inimicum, illum quasi aliquando amaturi; amare amicum, quasi illum aliquando osuri. *Alteram* causa est, quòd dicta illa sententiosa, à judicio maturo ac in rebus practicis benè exercitato provenientia, ostendunt illum, qui dicit, prudentem & circumspectum in negotiis. Hanc verò laudem historici, præsertim pragmatici affectant, quorum exemplum in Græcis dare voluit *Polybius*, in historia latina feliciter expressit *Tacitus*, & fortè eo felicius *Livius*.

§. 16. Formulæ istæ vel *sententiæ moratæ*, quanquam simplices propositiones videntur &

non-

nonnunquam uno epitheto reconduntur, nihilominus fabricari inde integra enthymemata & argumenta moralia possunt, e.g. ex isto effato: Non decet mortalem gerere inimicitias immortales; integrum syllogismum facile evolves, h. m. Quæ immortalia sunt, non conveniunt mortalibus. Homo mortalis est, ideoque homini mortali non conveniunt iræ immortales.

§. 17. *Enthymemata pathetica* similiter immisceri orationi possunt per quendam dilationis modum. Excitantur verò affectus ab objecto vel grato vel ingrato, quod imaginationi sistitur: illi motus, si rationem præveniunt, simplices *affectus* vocantur, & sunt indifferentes; si cum voluntate concurrant, quatenus à ratione non diriguntur, sunt vitiosi; si verò ab illa dirigantur, virtuosi fiunt.

§. 18. Qui persuadere aliquid vult auditori, præter morata enthymemata, quæ affert, perturbat animos auditorum per $\pi\alpha\acute{\iota}\theta\eta$ seu affectus, ut rapiat eò, quò ægrè ducuntur auditores, quemadmodum tubarum & tympanorum strepitu milites, & rubro colore elephanti ad pugnam incitantur.

§. 19. Formulæ istæ vel enthymemata pathetica tribus modis instituuntur: *primus* est, cum exprimimus illum affectum, qui in nobis est, e.g. spero post immanes illas malorum procellas serenam tempestatem nos aliquando habituros; *secundus* est, cum imprimimus illum affectum auditori, e.g. sperate tandem, post illas tempestates sereniores soles; *tertius* est, cum ille affectus

in

in tertio aliquo repræsentatur, e. g. Titius post nubilos aliquos dies apricum aliquando solem sperat: omnes verò illi modi affectum incutiunt auditori, *secundus* directe, *primus & tertius* indirectè & per *συμπάθειαν*; quemadmodum ad imaginem hominis ridentis ridemus, flentibus collachrymamur & contristamur, prout nos animati sumus, & ideam affectus in animo nostro habemus, ita eadem verba ipsa induit, suo quasi vehiculo, vel potius spiritu animat, animum auditoris, in ejusdem motûs societatem tractura.

§. 20. Magna est inter formulas ethicas & patheticas *differentia*, quod exprimendi modum spectat; nam *ethicæ* plerunque continent sensus integros, cum seria aliqua & historica expositione; verùm *patheticæ* cùm primariò ordinatæ sint ad animos ulterius movendos, exprimuntur potius per figuras vehementes, quarum *aliquæ* exprimunt motus mentis, ut Admiratio, interrogatio, dubitatio, apostrophe, juramentum: *aliquæ* exprimunt ipsos affectuum motus, ut, interjectiones significantes dolorem, gaudium, timorem, odium, quæ quasi signum in oratione tollunt, quò sublatò, affectus sequuntur.

§. 21. Cùm orator commotiones illas, quas ex re percipit, etiam in oratione testatur, tacitum hoc enthymema animis auditorum ingerit, causam ob quam tali affectu percellimur, necessariò esse vel æquam vel iniquam, vel magnam vel parvam. Ejus rei exempla sunt infinita apud Ciceronem. Unum tantum alterumque addu-

adducemus. Sic Cic. 1. Philipp. affectum timoris exprimit his verbis: Si quis accidisset gravior Reipubl. casus, si bellum, si morbus, si fames, quæ partim jam sunt, partim timeo, ne impendeant: Sed hoc ignoscant Dii immortales velim, & populo Romano, qui id non probat, & huic ordini, qui id decrevit invitus. Hic timorem suum jungit invocationi Deorum, ut impendentia mala avertant; quo affectu cum auditor percellitur, simul quoque cogitat, magnum esse malum, ob quod orator timet, & Deum invocat. Sic pro Marcello Cælio, dolorem suum testaturus, tale enthymema ex hoc affectu auditoribus insinavit, esse misericordia auditorum quoque dignum, ob quem ita dolet Orator: Sed enim hæc facta illius clarissimi ac fortissimi viri mentio & vocem meam fletu debilitavit, & mentem dolore impedivit. Ita affectus gaudii in eadem oratione occurrit, quo cum causæ suæ, fiduciam ostendit Orator, auditores eò adducere laborat, ut putent, causam esse talem, in qua confidere possit orator; itaque hæc causa ab argumentis, à conjectura, ab iis signis, quibus veritas illustrari solet, ad testes tota traducta est; quos quidem ego testes, iudices, non modò sine ullo timore, sed etiam cum aliqua spe delectationis expecto, prægestit animus jam videre primùm lautos juvenes, mulieris beatæ ac nobilis familiares, deinde fortes viros, ab imperatrice in insidiis atque in præsidio balnearum locatos.

§. 22. Ut exemplum afferamus talis entymematicæ dilatationis, esto historia de Demosthene

& *Laide*, cujus hæc simplex narratio: vivebat
 Corinthi Lais, impudica mulier, sed elegantio-
 ris formæ, cujus amoribus ditissimi Græciæ sæpè
 inescabantur. Illam quoque aliquando, sed
 nocte, compellabat Demosthenes, cùmque illa
 stupendum pretium statueret, eo territus de-
 cessit, se tanti pœnitere emturum negans. Hæc
 historia *enthymematicè* dilatari potest, & quidem
primò per enthymemata etbica; possunt itaque
 hîc immisceri sententiæ istæ, 1. in magnis urbi-
 bus magna dominantur vitia. 2. etiam ex sce-
 lere fama contrahitur, sed nequam. 3. vis for-
 mæ in mulieribus multos diripit. 4. rara est
 concordia formæ & pudicitia. 5. positò unò
 inverecundia gradu, ponuntur plures. 6. ma-
 ximis divitiis accidit, magnos pati abusus. 7.
 sæpè paupertas à vitio quosdam retraxit. 8.
 etiam peccatis homines nundinantur, & datò
 sumtòque pretiò peccant. 9. magnis ingeniis
 magna adhærescunt vitia. 10. excessus in vitio
 alteri ad sanitatem dux est. 11. vitia non pa-
 tent, nisi nuda. Tot sententiæ latent in una
 hac historia absconditæ, quæ ita sermoni im-
 plicari possunt, ut uno interdum verbo inte-
 grum enthymema recondatur. *Historia itaque
 enthymematicè dilatata* hæc est: Magnas urbes
 magnis frequentari vitiis, quem fugit? (*prima
 sententia*;) habuit certè Laidem suam Corinthus,
 magnæ quidem famæ, sed malæ, (*secunda*) in-
 venit in illa fidem, vulgò quod dici solet, pudori
 cum egregia forma rarum esse contubernium
 (*quarta*) Si igitur is semel fuerit læsus, sæpius hinc
 con-

con-

contingit, vitium admittere (*quinta*) Ergò non dubitabat impudica mulier, sceleri stupendum pretium ponere, & quod mirum est, facile inveniebatur, qui numerarent, ditissimos Græciæ (*octava*) adeò stultitiam patiuntur opes, adde & flagitia! (*sexta*) his enim, ut aliàs facile, sic maximè si formæ illices apponas, feliciter fiunt insidiæ. (*tertia*) ut vel hoc nomine fructuosa dici possit paupertas, quòd multis peccandi fomitem subtrahit (*septima*) Indulsit profectò quoque genio *Demosthenes*, qui *Laidem* de nocte jam compellaverat, nec illum tam ingenii magnitudo errantium numero subtrahit (*nona*) quàm quòd solvere talentum non poterat: ex hac penuria voluptatis exilitatem ad summæ excessum appendebat (*decima*) vitioque sub sua nuditate prostituto, (*undecima*) pœnitendum se commisisse dixit, si tanto pretio Corinthum adisset.

§. 23. *Eadem historia enthymematibus pæsbeticis* dilatarì potest: Quoniam verò historia versatur in facto turpi; ideoque omnes illi affectus, qui tale factum comitantur, locum hîc habent, ut *objurgatio*, *χρῆλιασμός*, *indignatio*, *querela*, *dolor*, *pudor*, *pœnitentia*. Ut autem hi affectus locum hîc inveniant, sub forma narrationis proponi illa historia non potest, sed tota oratio in varias figuras convertenda est; neque enim plano illa pede procedere potest: adhibetur *apostrophe*, *interrogatio*, *exclamatio*, *μικτηρισμός*, quæ omnia cum adhibentur simul sunt enthymemata pro aggravando hoc facinore.

Institui verò hoc modo potest: Tantusne stupor te oppressit, o Demosthenes, vel ut verius dicam, tantus furor? ut illustri illo in loco constitutus, istis Philosophiæ præceptis munitus, etiam impudicæ mulieris amoris sectareris? o præclaram illam eloquentiam! quæ cum in alios sua fulmina spargit, meretriciorum oculorum fulminibus succumbit, cum armatos exarmat, cupidinis telæ non avertit, ac sibi ipsi meliorem mentem non persuadet! (*objurgatio* $\chi\epsilon\theta\lambda\iota\alpha\sigma\mu\acute{o}\varsigma$) o conditionem miseram magnarum urbium, quæ magnæ non sunt, nisi flagitiis nobilitentur! (*querela*) Ubi nunc, Jupiter, tua fulmina? ergone libidine sua impunè nundinatur Lais! (*indignatio*) Quàm bellè Rempubl. curant Principes Græciæ, in sinu scilicet Laidis! ita pro patria, pro focus & aris pugnatur in meretricis amplexibus! ita in medium consulitur, nequid detrimenti capiat salus Græciæ! Quis furor est, cum honesto amore frui liceat, cloacâ publicâ mergi? (*pudor per* $\mu\upsilon\kappa\tau\eta\rho\iota\sigma\mu\acute{o}\nu$) Recognosce, o Demosthenes, flagitii ejus turpitudinem, & ad te, imò ad bonam mentem, redi, si non ipsius sceleris pudore, saltem pretii excessu ad pœnitentiam revocatus; vel in ipsius sceleris deliberatione ad frugem rediisse sapientis est, neque sic, ut Phryges, serò sape. (*pœnitentia*)

§. 24. Enthymematum ipsorum dilatio variè fieri potest, ut *suprà* dixi: nam propositiones variis figuris efferri possunt & rationum confirmationes adjici. *Epicherematica*

ORATIO

oratio secundum omnes partes perfecta est apud *Ciceron. Libr. I. de invent.* quæ partes habet quinque, cum syllogismus tres, quæ alio ordine poni possunt, ad satietatem evitandam & variationis gratia.

§. 25. Sumamus in *exemplum epistol. 12. lib. XIII. famil.* brevem admodum & tribus periodis constantem, sed in qua multa enthymemata & argumenta coarctantur, ob quæ commendari debeat *Fufius Memmio. Epistola ita habet: A. Fufium, unum ex meis intimis observantissimum studiosissimumque nostri, eruditum hominem & summa humanitate, tuaque amicitia dignissimum, velim ita tractes, ut mihi coram recepisti; tam mihi gratum id erit, quam quod gratissimum; ipsum prætereà summo officio & observantia in perpetuum devinxeris. Habet illa epistola octo argumenta, duo à persona Ciceronis, duo à persona Fufii, quatuor à persona Memmii desumpta: illa si singula syllogistica forma proponantur, magnus apparatus argumentorum nascetur; si per suas partes, quas Rhetores tradunt, dilatetur, longè major apparatus erit. Primum argumentum est, quòd sit unus ex intimis Ciceronis, hinc tale argumentum: Quicumque ex intimis meis est, illum præ cæteris debeo commendare. Atqui Fufius &c. Ergò &c. Majori propositioni alia addi potest ratio: nam amicorum commoda sunt mutua. Minori additur ratio per comparationem: nemo inter amicos meos est, cui plus fidam. Illustratur aliqua similitudine vel proverbio. Conclusio*

hîc omitti potest, & ceteris omnibus argumen-
tis subjici. *Alterum argumentum* est: Qui stu-
diosissimus est nostri, debet commendari. *Ma-*
joris ratio est: amor enim amorem provocat.
Minorem probat: nullum officium, quod ami-
cus amico præstari potest, prætermisit; addi
potest illustrationis loco enumeratio. *Tertium*
argumentum est à persona Fusii:

Qui eruditus est, debet commendari. At-
qui-Ergò. *Majoris ratio*: eruditio enim omnium
bonorum complexum habet, & per se jucunda
est, & honor illi debetur; *minori* addi ratio pot-
est; quia omnibus eruditis se talem probavit.
Quartum argumentum est: Qui summè huma-
nus est, commendari meretur. Atqui-Ergò.
Majoris ratio hæc: humanitas enim vinculum
est, quo homines inter se colligantur. *Minoris*:
quod plurimos viros insignes hac ratione sibi
devinxerit. Sequuntur argumenta à persona
Memmii; *quintum est*: Qui amicitia tua dignus
est, ille tibi debet commendari. Atqui-Ergò.
Majoris ratio: delectum enim inter amicos ha-
bes. *Minoris*: virtutes enim in illo sunt, quæ
tibi in pretio, honestas & fides. *Sextum est*: Qui
promisit se amicum suscepturum, servare debet.
Atqui Memmius &c. E. *Majoris ratio*: nam in
eo versatur boni viri & amici fides. *Minoris*:
Nôsti enim, quid inter nos de illo actum fuerit.
Septimum argumentum est: Quod gratum amico
amicus esse novit, præstare debet. Atqui Mem-
mii sibi Fusium habere commendatum, Ci-
ceroni gratum est, E. Memmius id præstare
de-

debet. *Majoris* ratio hæc est à contrario: Si ignotos sibi conciliamus quacunque re, multo magis amicorum benevolentia conservanda est. *Minoris* ratio est: Si minus gratum esset, non tam operosè id à te contenderem. *Octavum argumentum* est: Qui novum amicum sibi conciliare potest, occasionem non debet omittere. Memmius potest. E. *Majoris* ratio est: aucto amicorum numero fortunas nostras augemus, nihil est ad vitam suaviter ducendam commodius. Oblata occasio debet arripi. Illustretur simili: nemo thesaurum sponte oblatum respuit. *Minoris* ratio: ipse ambít; ego me ipsi proxenetam fore pollicitus fui.

§. 26. Vides, quod híc sint enthymemata, quot novæ singularum propositionum rationes, quibus multa alia exornationis gratiã addi possent; sed non opus est, singulas argumentorum partes dilatare, suffecerit interdum, nuda argumenta proposuisse, eaque ipsis conclusionibus probandis immiscuisse, tum quia ineptum videri poterat, nimis esse operosum & diligentem, & satietas hoc modo facilè paretur. Nos exemplum dilatationis ex hac epistola proponemus.

§. 27. Etsi non temerè turbare amicorum negotia soleo, nunc tamen hanc epistolam mihi imperavit amor, quem virorum optimo, uni ex meis intimis debeo, qui me parariò tuam se exorare amicitiam posse sperat. Et sunt sanè multa, quæ me inducunt, ut hoc officium ipsi

non deprecandum existimem; nam cum mea causa ipsi cupio, tum tua, neque ipsius virtus contemptim habenda est, quæ vel majoribus theatris proponenda videbatur. Ac primò quidem intimo ipso amico utot, quales tenerri-
mè amare solemus, inter quos præ cæteris mu-
tua illa florere debent officia. Unus inter amicos
omnes meos est, quem consiliorum socium,
omnique in cogitatione conjunctum habeo.
Ac nôsti etiam inter amicos valere, quod vulga-
to verbo dicitur; *multos esse laurigeros, paucos
Phæbos, multos thyrfigeros, paucos Bacchos.* Mul-
tos quidem habui & nunc habeo, qui mecum
loquuntur suavissimè, quotidianas apud me sa-
lutes deponunt, verbis magnifici, lingua factio-
si, inertes operâ: neminem unquam, qui me
majori observantiâ coluit, plusque beneficio-
rum in me cumulavit. Cui sanè, nisi memo-
rem animum præstitero, (provocat enim amo-
rem amor, & trahuntur beneficiis beneficia)
ingratum me hominem ac inofficiosum omnes,
tuque ipse, cum illa tibi non sint incognita, di-
xeris. Verùm non meo solùm nomine; ejus-
que in me meritis vestram metiri amicitiam vo-
lo: satis in ipso virtutum est, quibus omnium
hominum favorem facilè sibi attraxerit. Nihil
ipso fieri potest eruditius, literis omnibus arti-
busque est instructus, quibus & per se honos
debetur, & omnium hominum complexus &
consociatio continetur. Omnibus sanè viris
doctis talem se dudum probavit, qualem mea
commendatione ornatum propono. Si suavi-
tatem

tatem nôſſes hominis, ſummamque humanitatem, quo nullum efficacius in hominum conciliatione vinculum eſt, nullum ad cuſtodienda vitæ civilis munia præſidium paratius, rueres in amplexus hominis, qui omnes ſibi cives officiis, ſtudiis, obſequiis mirificè devinxit. Amabis itaque hominem hunc, quem amore dignum ſuæ virtutes declarant, quem tuæ ſibi conciliare laborent: ſi enim conſilia tua ſequi vis in delectu, quem inter amicos ſoles inſtituere, nemo erit moribus tuis accommodatior, & teipſum tuasque virtutes, & quicquid tibi charum amplumque eſt, ſummam denique honeſtatem & fidem, qua nihil acceptius in amicitia, in ipſo deprehendes. Meminiſti ipſe, quos inter nos ſermones de illo miſcuerimus, quæ tu ipſe mihi pollicitus fueris: nihil verò tu etiam primoribus labris polliceri ſoles, quin promiſſo fidem ſubdas. Neque inter illos es, qui amicorum de amicis judicia ſpernere ſolent, quorum etiam voluntati obſequi honeſtas interdum jubet, ſi illi non honeſta tantùm, ſed & utilia ſuaſerint. Non ignoras, quàm in preſandis ignotorum hominum amicitiiſ ſeduli aliqui eſſe ſoleant & ambitioſi: quò minus dubito, æquè te ſollicitum fore, cum in meâ obſervandâ, tum in illius, qui favorem tuum ambit, benevolentiam arripandâ, ut ille in tua ſibi gratia paranda ſummo pere laborat. Niſi enim hoc mihi gratum eſſet, niſi ille tanto amicitia tuæ deſiderio flagraret, non ego tam operoſè id à te contenderem, nec ille tam ſollicitè, & quaſi cum convitio com-

mendationem sui flagitaret. Denique si nihil te movet, illud moveat, quòd amicum tibi novum pares, etiam antiquis illis antiquiorem tibi futurum. Nôsti verò, quàm amicorum accessionibus, si amicis quasi fulcris quibusdam & præfidiis res nostras muniamus. Quo te beatum fore minimè dubito, si occasionem, quæ tibi me parario offertur, ut thesaurum divina virgula oblatum accipere non detrectaveris. Vale.

CAP. X.

De

Paraphrasi soluti & ligati sermonis.

§. I.

Nihil hîc non à nobis proponitur, cujus præcepta non sint in superioribus ostensa. Est enim *paraphrasis* nihil aliud, quàm uberior explicatio breviorum sensuum, qualis fieri non potest, nisi per modos dilatandi *jam antè* ostensos, & *parte secundâ* prolixius tractandos, ubi de locis dialecticis, prædicamentis eorumque usu agemus. Quoniam verò paraphrasis eam ob causam tantùm dilatat sermonem, ut sensus explicet, non tàm ut ornatum aliquem inferat, quem cæteri dilatandi modi intendunt, peculiaris ejus tractatio hîc à nobis instituitur. Quamvis paraphrasis aliqua non tàm didactica sit, quàm ut ornet & illustret rem, præsertim.

Poë.

Poëtica, cujus exemplum illustre subjiciemus. Est scilicet *paraphrasis aliqua soluti, aliqua ligati sermonis*: soluti sermonis paraphrasis quasi commentarii vice est, quale dedit *Freinsheimius in annales Taciti*, laborem sanè non contemnendum: cum enim Tacitus & sensibus & verbis sit paulò abruptior, ille periodos ejus & sententias explanavit, additis vel synonymis vel epithetis vel circumstantiis è facto orientibus, quibus omnibus in dilatando periphrasis quoque utitur, e. g. *libr. I. annal.* hæc habentur: Urbem Romam à principio Reges habuère; libertatem & Consulatum L. Brutus instituit; dictaturæ ad tempus sumebantur; neque decemviralis potestas ultra biennium, neque tribunorum militum consulare jus diu valuit. Hæc *Freinsheimius* ita *Ἐξήγησις*: Romani à principio urbis suæ Regibus paruerunt, donec septimo ultimoque eorum pulso, L. Jun. Brutus populum in libertatem asseruit, autorque fuit, ut deinceps loco Regum in singulos annos bini Consules crearentur: quæ potestas ad Cæsares usque continuata fuit; quamvis enim interim aliquæ mutationes inciderint, nulla tamen earum potestatem Consulatum diu interrupit: Nam Dictatores rarò nec nisi summa necessitate urgente creabantur; quâ depulsâ, abdicabant se magistratu, aut legitimo tempore decurso abibant. Decemviri circa annum 301. ab urbe condita, legum ferendarum causa, summa cum potestate creati, cum dominationem contra leges retinerent, tertium intra annum dejecti sunt: Tribuni autem militum

tum

tum consulari potestate circa annum 310. ab U. C. primùm instituti non processerunt ultra annum 390. ita tamen ut intermedio quoque tempore sæpiùs & aliquando plures per annos continua consulum comitia haberentur.

§ 2. Hoc quasi specimen *paraphraseos historice* esse potest, ac optandum fuisset, omnes ita Taciti libros explicuisse Freinshemium, qui in sensu Autoris indagando diligentissimus fuit, cui fini adjecit omnium versionum comparationem, ut vel ex aliorum disceret ingenio, si quid fortè ipse non satis accuratè attigisset. Habemus etiam tale *paraphraseos* specimen ab *Erasmo Roterod.* in libros novi testamenti institutum, magni sanè momenti opus, cùm commentarii loco esse possit; neque adeò hoc novum *commentandi genus*, cùm ex apud Græcos *scho-liastæ* similia fecerint.

§. 3. Est porrò *paraphrasis ligati sermonis soluta*, quando scilicet Poëtæ carmen numeris suis solvitur, & verba Poëtica explicantur stylo soluto continuo; qualem laborem in Horatium suscepit *Lubinus*, in Virgilio *Georgica* & libros *Æneidos* *Frischlinus*; sed illi cum in explicatio-
ne tantùm versentur, hunc si finem attigerint, de ornanda oratione non valdè laborant. *Alia* tamen *ratio* potest institui *non tam paraphraseos, quàm imitationis*, quando in sermonem solutum aliquid è Poëtis convertitur; quod fit (1) reci-
fis Poëtismis, (2) mutato ordine, (3) varia-
tis figuris dictionis, periodis ac tropis, (4)
brevium dilatatione, prolixorum coarctatione,
(5)

(5) novis quibusdam insertis, (6) similibus quibusdam aliorum Autorum locis, in eundem sensum adductis. Idem inutatis mutandis in quocunque scriptionis genere institui potest.

§. 4. Omnes illæ paraphrasēs seu soluti seu ligati sermonis *cautè* sub exercitium vocandæ sunt, inprimis à tyronibus, ne pro genuino sermone latino barbarismis adsuescant, quod de omni illo exercitio dilatationum intelligendum est: nisi enim magistri alicujus, qui in lingua latina sit exercitatissimus, ductu illam rem suscipiant, omnem sermonis habitum corrumpent; Cujus exemplum *in Comenio*, videmus, qui cum ipse meros barbarismos creparet, ausus tamen est docere elegantias linguæ latinæ, atque in illis etiam dilatandi modos præscripsit, & exemplis illustravit, quibus nihil est insulsius. Meritò itaque vapulat *Boeclero in dissertat: illa Germanica*, cui titulus: *Kurze Anweisung/ wie man die Autores classicos mit der Jugend tractiren soll* / pag 38. & seqq. qui eo loco inprimis commendat paraphrasin instituendam *è parallelismis* historicorum aut aliorum Autorum, ut cum historia aliqua compendiosè à quodam Autore describitur, ab altero dilatatur, & fusius per omnes circumstantias circumducitur, utriusque vel plurium Autorum loca inter se conferantur, & ex illa collatione novum aliquod corpus narrationis instituat. Quod exercitium ut ad historiam scribendam summè utile est; ita simile aliquid ego requirerem *in formulis & entbymematibus*, ut scilicet

licet

licet in his ex collatione locorum parallelorum simile quid instituatur.

§. 5. Paraphrasis ligati sermonis ligata alio modo instituenda est: illa enim plus ornatûs requirit, ratione metaphorarum inprimis, & loci adjunctorum antecedentium, consequentium, quibus frequentissimè utuntur Poëtæ, apud quos frequens admodum est hic *Imitationis* modus; nam & ipsi veteres Poëtæ se invicem imitati sunt. *Virgilius* multa de *Catullo* & *Lucretio* expressit, ut præteream *Græcos*, unde is plurima desumpsit; *Virgilium* iterum *Horatius* aliique Poëtæ ejusdem ævi: verùm ita tectè illi instituerunt rem suam, ut non nisi, qui emunctioris naris est, illum imitandi modum subolfacere possit. Est verò ille, ut antiquis ipsis probatus, ita nobis, qui multò magis *imitationi veterum* insistere debemus, retinendus. Insigne ejus exemplum videri potest apud *Bartbol. Riccium* in elegantissimo libro *de imitatione* lib. 2. pag. m. 42. sqq. ubi inter se confert querelam *Ariadnæ* à *Theseo* desertæ, apud *Catullum*; & querelam *Didonis* ab *Æneâ* desertæ apud *Virgilium*, è quorum locorum collatione ad unguem patet, *Virgilium* hunc *Catulli* locum sibi in exemplum proposuisse: nam omnia enthymemata moralia & pathetica & figuras vehementes argumento suo applicuit, solo verborum habitu mutato.

§. 6. Aliud illustre *imitationis exemplum*, quo *Horatius* *Virgilium* expressit, notavit *Bernhardinus Parthenius*, in eleganti libro *Italico* vel scripto *de la imitatione Poëtica* lib. 1. pag. 18. sqq. ubi

ubi monstrat, quomodo *Horatius* jam dilatârit, jam contraxerit *Virgilio* locum *Georgic. II. libro extremo in exod. 2. de laudibus vitæ rusticæ.* Quod exemplum idem *Autor* repetiit in elegantissimo *commentario suo super Horatium* illo loco, quo nemo accuratius ostendit artificium Poëticum. Initium planè idem est. *Virgilius* sic:

O fortunatos nimium, bona si sua norint,
Agricolas.

Horatius:

Beatus ille, qui procul negotiis, &c.

Virgilius, significaturus, solutum esse omni cupiditate, omni ambitione, omni metu & periculo agricolam, sic scripsit:

- - - quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humo facilem victum justissima tellus,
& inferius:

Illum non populi fasces, non purpura Regum
Flexit & infidos agitans discordia fratres &c.

His addantur illa:

- - - - - nec ferrea jura
infanumque forum aut populi tabularia vidit;
sollicitent alii remis freta cœca, ruantque
in ferrum, penetrent aulas & limina Regum.

Hos versus brevius ita extulit *Horatius*:

Non excitatur classico miles truci
nec horret iratum mare
forumque vitat, & superba civium
potentiorum limina,

Sequitur apud *Horatium*:

Ergò aut adultâ vitium propagine, *usque*
aut tondet infirmas oves.

locus

locus hic amplior est, quàm *Virgilii*, eoque felicior. *Virgilius* unius tantùm artificii rustici meminit, cum dicitur illi:

Agricola incurvo terram molitus aratro.

Horatius hîc dilatatione usus est per enumerationem.

Sequitur apud *Horatium*:

Vel cùm decorum mitibus pomis caput,
auctumnus arvis extulit,

Ut gaudet insitivæ decerpens pyra
certantem & uvam purpuræ &c.

Virgilius sic:

Et varios ponit fœtus auctumnus, & altis
mitis in apricis coquitur vindemia saxis.

Quod *Virgilius* contraxerat, *Horatius* ad species deduxit.

Pergit *Horatius*:

Qua muneretur te, Priape, & te, pater
Sylvane, tutor finium!

quod prius ita *Virgilius* dixerat:

Fortunatus & ille Deos qui novit agrestes,
Panaque Sylvanumque senem, nymphasque
soröres,

Virgilius porrò:

Speluncæ vivique lacus & frigida tempe
mugitusque boum, mollesque sub arbore
somnia.

quæ verba eleganter *Horatius* illustravit dilatatione sententiarum & membrorum.

Libet jacere modò sub antiqua ilice, usque
somnia quod invitet leves.

Vir.

Virgilius:

Venit hyems, teritur Sicyona bacca trapetis.
vid. *Horat.* illo loco: At cùm tonantis annus hy-
bernus Jovis, & quæ sequuntur, usque ad illa
verba: jucunda captat præmia. Conferantur
illa cum loco *Virgilii*, ubi describit opera hyberna
rusticorum:

Sed tamen & quernas glandes tùm stringere
tempus

E lauri baccas oleamque cruentaque myrta,
Tùm gruibus pedicas & retia ponere cervis
Auritosque sequi lepores, tùm figere da-
mas &c.

Apud *Virgilium* hæc porro habentur:

Interea pendent dulces circum oscula nati
Casta pudicitiam servat domus.

Hæc splendidissimè dilatavit *Horat.* his verbis:

Quòd si pudica mulier in partem juvet &c.
quibus addantur seqq.

Reperiuntur in *Virgilio* & illi versus:

Hanc olim veteres vitam coluere Sabini

Hunc Remus & frater &c. additur prætereà:

Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.

Quò respexit, *Horatius* in versu illo suo secundo:

Ut prisca gens mortalium &c.

S. 7. Si quis jam conferat paraphrases
illas soluti sermonis hujus loci apud *Frischlinum*,
cujus extant in *Virgilium paraphrases*, & *Lubinum*,
cujus extant in *Horatium paraphrases*, videbit
varietatem dilatationum. Nos hîc aliud exem-
plum paraphraseos Poëticæ ejusdem oda *Horatiane*

G

dabi-

dabimus, quæ insignis admodum est ex *Jacobi Wallii*, poëtæ nitidissimi, poëmatibus, ex qua patebit mira illa fœcunditas locorum ex adjunctis, genere & specie, ex toto & partibus, quibus præcæteris utuntur Poëtæ, ut multis exemplis demonstravit *Bernhard. Partbenius* in libro suo de *imitatione Poëtica*. Primus versus apud *Horatium* est:

Beatus ille qui procul negotiis
ut prisca gens mortalium

vide, quàm eleganter primum illum versum, *Wallius* ampliaverit ex loco generis & speciei, adjunctis poëtismis; secundum autem versum in parenthesi positum rejicit post quartum. Sic verò ille:

Felix forte sua, quem non ignava sequentem

Otia rus patrium dulci complectitur umbra.

è duobus commatibus facit duas periodos, additione prædicatorum:

Longè illi curæ insomnes comitumque laborum

Invisæ facies, quæ multa & magna moventem

Huc celerem atque illuc rapiant, perque ardua versent.

Horatius:

Paterna rura bobus exercet suis.

Dilatât hæc verba *Wallius* per ἐξεργασία & descriptionem ex adjunctis, & per divisionem verborum & additionem novorum prædicatorum:

Ipse sibi semper vacat, aggrediturque quod instat.

Arva-

Arvaque, quæ quondam proavi non magna
tenebant

Exercet patiens operam, armentoque quot-
annis

Sortitus sobolem, fortissima corpora tauros

Inde legit, quos dehinc domitos adsuescere
cogat

Servitio, & terram impresso proscindete a-
ratro.

Horatius:

Solutus omni fœnore.

dilatatur hoc *Wallius* per partitionem illarum re-
rum, quæ ad fœnus spectant, & per comparatio-
nem cum fœnore rustico:

Non pretio nummos redimit pretio vè re-
demtos

Occupat, & fœnus tabulis subducit avaris:

Fœnus amat, quod sponte sua justissima tellus

Et gravidæ pecudes & messis reddit & arbor.

Nunc adjicit dilatationem secundi versus per
ἔξερυσίαν & descriptionem ex adjunctis & di-
latationem periodicam.

Sic olim ut perhibent, cùm fraudum ignara
vigeret

Simplicitas, neque fastus adhuc aurique
cupido

Improba criminibus nomen posuisset hone-
stum,

Innocuæ vixere animæ, parvoque beatæ.

Horatius:

Nec excitatur classico miles truci.

Hæc *Wallius* dilatat per augmentum sententiarum, addita figura comparationis & dilatatione periodica, & descriptione ex adjunctis.

Quid refert alius thalamo sublimis eburno,
Ille thoro, cui sponda salix aut fissile robur
Componat caput? heic mulcet reficitque ja-
centem

Alta quies lecto non abrumpenda saligno
Quippe ubi nec primæ nec seræ tempora,
noctis

Distinguunt litui, rumpuntque silentia campi.

Horatius :

Nec horret iratum mare.

Wallius hæc iterum periodicè dilatat, subjectum & prædicatum novis adjunctis illustrando, additis ex loco causarum fideribus tempestatem scientibus :

Non si discordes miscent freta fervida venti
Æquoreos horret fremitus, humilisque vo-
vensque

Numina conclamat, nequid nimbofus orion
Nequid atrox peccet boreas, lucensque carinæ
Addat opus pelago.

Horatius :

Forumque vitat.

Prolixè hæc verba dilatat *Wallius*, per enumerationem rerum forensium :

- - - vitat fora, vitat & æstus

Undantis populi : nec quid tabularia, nec quid
Jura ferant, meminit. Non illum aurora,
morantem

Quæ se non alibi primumque ostendit Eoum
Pul-

Pulchrior, ad lites clamorosaque jurgia cogit,
 Nec jam defessus longas evolvere causas
 Orando ingratos queritur se condere soles.

Horatius:

- - - & superba civium
 Porentiorum limina

Wallius hæc dilatat per figuram permissionis & comparisonem aulicorum, quorum officia prolixè ab adjunctis describit, & comparat cum scopulis marinis:

Sollicitent votis alii invidiosa potentum,
 Arbitria; obsideant aditus atque alta superbis
 Atria porticibus, certatimque oscula pugnent
 Præripere, & primas dominis jam manè re-
 centi

Dicere blanditias. Hæc ille cavaria faxa
 Has prudens metuit symplegadas & sibi fasces
 Hic trabeas finit emeritum exorare clientem
 Semotus longè populo & civilibus undis.

Horatius:

Ergò aut adulta vitium propagine
 altas maritat populos.

Wallius hæc dilatat præmittendo generales sententias & confusas, unde procedit ad distinctam de laboribus circa vites, quam dilatatione circumstantiarum & adjunctorum describit:

Ergò illum aprici colles campique feraces
 Curarum expertem accipiunt. Hic imperat
 arvis

Ipse suis, terrasque docet parere volentes
 Nec regum, sua regna videns, suspirat honores;

G 3

Nunc

Nunc vites ferit, & verni cum palmitis ætas
 Prima viret, teneris virgis furcaque bicorni
 Tollit humo: duri & validi propagine fœtus
 Populeas latè stirpes ulmosque maritat.

Horatius:

Aut in reducta valle mugientium
 Prospeçtat errantes greges.

Wallius hæc dilatat per διαλυσιν verborum in integras sententias converforum:

Nunc illum procul umbrosa sub fronte morantur

Secessus pulchri nemorum, vallesque reducta
 Faunorum domus: Hic pingues errare juvenecas

Prospeçtat, longè resonant mugitibus agri
 Pascuaque & noti gregibus fitientibus amnes

Horatius:

Inutilesque falce ramos amputans
 feliciores inferit.

Mirè hæc dilatat & exornat *Wall.* ex loco adjunctorum & consequentium, in varia membra illa partiendo, & elegantibus metaphoris illustrando.

Venerit infitio: juvat hunc, juvat arboris illum
 Felicis fruticem peregrino includere ligno
 Finduntur nodi; rescantur, inutile pondus,
 Silvestres rami: ramus felicior alter
 Inferitur: surgunt udo nova germina libro
 Mirantur platani malos, mirantur & ulmi
 Ignotas glandes, & non gentilibus ornus
 Stat curvata pyris, nec sese agnoscit in illis.

Ho-

Horatius:

Aut pressa puris mella condit amphoris,
aut tondet infirmas oves.

dilatata hæc *Wall.* per simplicem exergasiam additione quarundam circumstantiarum:

Nunc apibus fœtis cellas distentaque melle
Horrea rimatus populat purisque recondit
Aurea dona cadis: nuuc mollis vellera lanæ
Infirmo pecori frondente sub ilice tondet.

Horatius:

Vel cum decorum mitibus pomis
Auctumnus arvis extulit,
Ut gaudet infitiva decerpens pyra
certantem & uvam purpuræ.

dilatata hæc *Wall.* sententiarum augmento, epithetis & periphrastica dictione Poëtica:

Inde ubi formosum pomis & mitibus uvis
Frugifer auctumnus flavis caput extulit arvis
Quàm juvat hîc atque hîc, ut se malusvè pyrusvè

Obtulit & pomis oculos dextramque legentis
Prima vocat fœtum gravidos adducere ramos
Felices ramos, quos ipse inolescere nuper
Et genus invitis docuit committere truncis,
Quàm juvat & plenis pendentem vitibus
uvam

Carpere certantem Tyrios anteire rubores,

Horatius:

Qua muneretur te, Priape, & te pater
Sylvane, tutor finium.

latè hæc explicat *Wallius*, addendo sententias ætiologicas, & enumerando officia rustica, quæ beneficio numinum rusticorum ipsi benè cesserint. Describit & ritum ipsum:

Dum tibi, quòd fruges & munera divitis horti
 Servâris, furum custos aviumque, Priape
 Primitias fert in calathis, falciq;e falignæ
 Pampineam circum intexit sua vota coronat
 Teque vocat, Sylvane, pater: Tibi pinguis
 culta

Tuta refert, tibi depulsos à messibus agros
 Et morsus pecorum, aversumque à palmitibus
 caprum.

Horatius:

Libet jacere modò sub antiqua ilice
 modò in tenaci gramine.

Dilatât hæc multiplicando sententias & periodos, incipiens à figura comparationis, cui respondet: describit æstum solis à conjunctis soli sideribus, addendo epitheta sua & adjuncta nova cumulando.

Fortè aliquis soles, dum nulla hîc porticus
 Arcton

Excipit & boream sub iniqui fidere cancri
 Ardentes metuat: sed enim nisi nuda per
 agros

Corpora messorum sudore fluentia cernas
 Ignores propè, quid rapedi vis ignea Phœbi,
 Quid leo, quid Cepheus sitiensque canicula
 possit;

Nunc

Nunc juvat æstivos òrtus vitare sub alta
 Illice, nunc viridi submittere corpus in herba,
 Qua ripæ & ripis natæ frondentibus umbræ
 Æstibus & medio suadent decedere soli.

Horatius:

Labuntur altis interim ripis aquæ,
 Queruntur in sylvis aves,
 Fontesque lymphis obstrepunt manan-
 tibus,
 Somnos quod invitet leves.

Hæc simplici conversione metrica & membro-
 rum multiplicatione dilatat:

Intereâ gelidi fugiunt per gramina rivi,
 Arboribusque vagantur aves: nemus omne
 querelis

Personat, irriguo quâ fons argenteus agro
 Labitur attritos inter levis unda lapillos
 Obstrepit, & dulces invitat murmure somnos.

Horatius:

At cùm tonantis annus hybernus Jovis
 imbres nivesque comparat,
 Aut trudit acres hinc & hinc multa cane
 apros in obstantes plagas.

Hæc mirificè dilatat per prolixam venationis
 ὑποτύπωσιν, cui mixtæ descriptiones elegantissi-
 mæ ex adjunctis apri & canum, enumerantur,
 antecedentia, conjuncta & consequentia vena-
 tionis, quæ cùm non attigerit Horatius, magna
 cum voluptate leguntur.

At cùm jam pluvia & nivibus canaque pruina
 Frigidus hybernum contristat Jupiter annum,

Quæ non aucupiis, quæ non venatibus illic
Gaudia perveniunt? altis de montibus actus
Fertur aper, frustra ille animos fetasque co-

mantes
Arrigit, & spumis albet ferventibus ora,
Fulmineumque acuit nodosa ad robora
dentem:

Audaces instant umbri, fortesque molossi
Albanumque genus, non certi cedere, quan-
quam

Nunc hos obliquo nunc illos dissipat ictu.
Tantus amor prædæ est, & sævi gloria morsûs,
Nec minus & cursu juvenes jaculisque fati-
gant,

Cum clamore animos, dum tandem in retia
trudant

Frendentem & teretes nodos differre paran-
tem

Accurrit victor, splendentique ilia ferro
Transadigit: lato sequitur de vulnere sanguis
Procumbit ferox, & adhuc in morte minax sus.

Horatius:

Aut amite levi rara tendit retia
turdis edacibus dolos.

Amplificat hæc verba *Wallavius* per descriptionem
hujus venationis uberiores: instrumenta enim,
& quæ cum illis conjuncta sunt, ad extensionem
sententiarum adducit:

Forfitan & tutas placeat levioribus ire
In prædas studiis: venit hinc quoque grata
voluptas

Ex facili capienda, plagas & retia lævi

Di-

Distendit furcâ, turdosque invitat edaces
Callidus & sparsis incautos fallit olivis

Horat:

Pavidumque leporem, & advenam laqueo
gruem

jucunda captat præmia:

Quis non malorum, quas amor curas habet
hæc inter obliviscitur?

Extendit illa *Wall.* per ἐξεργασίαν Poëticam & e-
numerationem curarum, quas simpliciter & in-
distinctè hic ponit Horatius,

Aut pavidum sequitur leporem, laqueoque
tenaci

Strimoniam captat volucrem, jucunda laboris
Præmia. Quis non hæc inter quotcunque ma-
lorum

Secum amor infelix trahit, invidiamque me-
tumque

Et spes ambiguas, & quas pudor ipse repulsæ
Ingeminat curas, & nunquam longa fruenti
Gaudia nubiferis tradit diffundere ventis

Horatius:

Quòd si pudica mulier in partem juvet
domum atque dulces liberos

Sabina qualis aut perusta solibus

Pernicis uxor Appuli,

Sacrum vetustis exstruat lignis focum

lassi sub adventum viri

Claudensque textis cratibus lætum pecus
distenta siccet ubera,

Et horna dulci vina promens dolio

dapes inemptas apparet.

Hæc

Hæc *Wall.* per simplicem conversionem metricam uno vel altero epitheto addito dilatat.

Quòd si contigerit priscis quoq; moribus uxor
Quæ castum fervet thalamum, quæ remque
domumque

In partem juvet & dulces educere natos?

Qualis erat, Tatio quondam regnante, Sabina

Duratas callosa manus aut Appulla mater

Sole rubens. Quid si posito cum fessus aratro

Vir redit, illa focum lignis & cortice ficco

Extruat ac lento textis de vimine septis

Includat lætum pecus, & turgentia ficcet

Ubera? Si quanquam calices & poculo ponat

Fagina, vina ferat, quæ dulci condita levit

Ipsa cado mensisque dapes apponat inemptas,

Delicias faciles.

Horat.

Non me Lucrina juverint conchyliæ

magisvè rhombus aut scari,

Si quos Eois intonata fluctibus

hyems ad hoc vertat mare.

Dilatat hæc *Wallius* per figuram permissionis & additionem epithetorum aliorumque verborum, vel actiones vel adjuncta significantium:

- - - Non me tum regia, non me

Regum epulæ teneant: per me conchyliæ testis

Tuta suis saxo maneant affixa Lucrino,

Per me securus Calabro natet æquore rhombus,

Et sine fraude scarus depastas ruminet herbas,

Si quem fortè procul fluctu tumefactus Eoo

Adria jactatum nostris acceperit undis,

Aut

Aut Tyrrhena fremens ad littera verterit Eu-
rus.

Horatius:

Non Afra avis descendat in ventrem meum
non attagen Jönicus,
Jucundior, quàm lecta de pinguisfimis
oliva ramis arborum,
Aut herba lapathi prata amantis, & gravi
malvæ salubres corpori
Vel agna festis cæsa Terminalibus
vel hoedus ereptus lupo.

Dilatata hæc *Wall.* per immutationem membro-
rum, additionem verborum, epithetorum, de-
scriptionem Terminalium, sed succinctam:

Non mihi tum Libyæ, non mollis Jönia pietas
Mittat aves: tantùm glauco mihi Palladis arbor
Canescat foetu pinguesque ministret olivas,
Obvia me lapathi prato gaudentis aperto
Herba juvet, malvæque leves gravibusque sa-
lubres

Corporibus, vel læ lactens cadit hostia festo,
Termine sancte, tuo, cùm te vicinia supplex
Defixum colit & sero frondente coronat:
Aut mea, quod satis est, hilaret convivia cano
Præda excussa lupo villis stillantibus hoedus.

Horat.

Has inter epulas, ut juvat pastas oves
videre properantes domum,

Dilatantur hæc per descriptionem ex adjunctis:

Ut juvat has epulas inter spectare bidentes
Cùm sese è pastu referunt, ut cruribus agrè
Ubera circumeunt! ut multo lacte gravatæ

Ad

Ad mulctram injussæ veniunt gaudentque le-
vari.

Horat.

Videre fessos vomerem inversum boves
collo trahentes languido.

Dilatantur hæc per simplicem conversionem me-
tricam & immutationem verborum :

Ut juvat ex agro reduces spectare juvencos
Longorum fessos operum & grave robur ara-
tri

Vomere suspenso attritâ cervice trahentes.

Horat.

Positosq; vernas, ditis examen domûs
circum renidentes lares.

Iterum hæc dilatantur simplici versione metrica:

Ut juvat & vernas numerosæ examina villæ
Lucentes ignes circum lætosque penates
Aspicere agresti curantes corpora mensa.

Horat.

Hæc ubi locutus foenerator Alphius
jamjam futurus rusticus
Omnem relegit idibus pecuniam,
quærit Calendis ponere

Eleganter hæc dilatavit *Wall.* descriptionibus lu-
culentis, enumeratione partium & adjunctorum,
primò circa foenus omnemque rem collybisti-
cam; secundo circa agriculturam variaque ejus
officia & instrumenta :

Dixerat hæc dives positus in foenore nummis
Alphius, atque aliud meditans & totus in illo
Damnabat tabulas, loculos damnabat & aurum
Innocui ruris serò intellecta voluptas

Una

Una est ante oculos, unâ suspirat in illâ,
Nunc placet arborum cultus, nunc cultus ha-
bendo

Impensus pecori: subeunt modò fervida pleno
Musta lacu, modò qui pomis exuberat annus
Et modo delectant saltus venatibus apti,
Omnia persuadent curas mutare priores,
Jamque empturus agros exacta relegerat æra
Idibus; At (victrix adeò natura recurrit)
Hæc eadem lucro servat ponitque calendis,
Protinus agrorum oblitus vitæque beatæ,
Atq; hoc illustre est exemplum *paraphraseos Poë-
ticae*; ex quo patet mira illa foecunditas locorum,
qui sunt è conjunctis, adjunctis, antecedentibus,
consequentibus, toto, partibus, genere & spe-
ciebus, indefiniti ac definiti. Quibus omnibus
si quis jungat phrasin elegantem poëticam, me-
taphoras vivaces, Poëtismos, fabularum allu-
siones, nunquam in talibus argumentis sterilis
deprehendetur. Et hoc sibi exercitium conti-
nuum velit, qui in carmine proficere velit, imò
& ad solutam orationem labor iste proderit, mo-
dò quis differentiam poëticæ & oratoricæ dictio-
nis probè observet. Plura sunt exempla apud
eundem *Autorem*, tam nitidarum paraphrasium.
Reperiuntur & apud *Carolus de la Rue*, *Poëtam
Gallum*, inter *Idyllia* ejus paraphrases planè his
similes ac elegantissimæ omniò, quales in
exemplum poni debent Poëtices
tyronibus,

CAP.

De

Contractione orationis circumductæ.

§. 1.

Quemadmodum brevior oratio potest dilatari: ita longior coarctatur iisdem omnino præceptis, procedendo per viam contrariam. Nimirum quod in circumducta oratione per epitheta & synonyma proponitur, illud nudè hîc efferendum sine omni figura vel grammatica vel rhetorica, nisi fortè in compendium brevitatis cedat, ut fieri nonnunquam solet. Longæ periodi antithetis, interpositione sententiarum ampliatae in breviores convertendæ, non verò in plures breves periodos, quod non est coarctare sermonem, sed ampliare: *brevitas* enim in re ipsa consistere debet, non in mensura periodorum, quanquam & illa si fieri possit, comitari brevitatem rerum debeat. Ipsa denique integra enthymemata oratoria per propositiones suas & rationum rationes diducta, per exempla & similia exornata, in brevem interdum periodum compingi possunt, ut *verbis* quidem & ornamentis *multum*, rei ipsi nihil decedat: sunt enim verba superflua & ornamenta potius aplustria quædam, quæ ornant illud orationis *σύνθημα*, quàm vincula, quæ compingunt.

§. 2.

§. 2. Requirit tamen res illa validum & insigne iudicium, neq; à quoquam præstari potest, nisi jam tùm omnes dilatandi vias & modos tentavit & perfecit: verissimum est, quod *Erasmus* ait, *meminem posse breviter, nisi qui didicit copiosè scribere.* Magni tamen usus quoque est ad dilatationem sermonis *coarctatio*, in qua æquè exercendus est tyro, ut in dilatationibus, quò utriusquè vim, modum & rationem eò plenius perdiscat.

§. 3. Nos pro exemplo hic subijciemus *coarctationem orationis*, quæ existat apud *Maret: vol. 1. orat. 3. de utilitate ac præstantia literarum humanarum adversus quosdam earum vituperatores.*

Audio multos indignius iudicare de literis humanioribus, quasi ex iis nec in docentes labor, nec in discentes fructus redundet, totaque doctrina levicula sit.

Ab iis cùm ita dissentiamus, ut gravissimum eorum munus reputem, qui hæc tractant, eos à contemptu vindicabo.

Quid enim dignius, cùm hæc studia me aliosque illustres fecerint, quàm ea vicissim condecorare?

Contemnunt vos, P. C. qui his studiis quicquam detrahunt, cùm publicis libellis juventutem ad hæc excitaveritis, proposito victori præmio, quæ una autoritas sufficeret.

Sed si & rationes velint audire, mox eas proponam.

Falsa autem eorum persuasio huic innititur fundamento, quòd ad nulla negotia publica ta-

H

les

les admittantur, quodque leviculum sit, *μυθολογίας* & alia ejus generis proponere.

Reliqui Professores multum conferunt utilitatis:

Quid enim non Dialecticus?

Quid Physicus?

Quid Philosophia moralis?

O divinas Philosophiæ scientias!

De literarum cognitione contumeliosissimè loquuntur:

Sed libenter donamus iis, Philosophiæ cognitionem dignissimam esse; Sed audiant quoque, quàm frigida ea sit sine his literis.

Si enim nihil aliud docerent, quàm fabulas, quid quæso ex iis non reconditæ sapientiæ?

Cur Plato & Aristoteles ita crebrò Poëtas allegant, ut nunquam è manu eos deposuisse videantur.

Audite elogia Poëtarum Platonica & Aristotelica.

Volunt Aristotelici videri, si contemptores: Sint potius Epicurei, qui solus Poëtas contemnit.

Sed non excurram latiùs in Poëtarum laudes, ex quibus integra mihi nasceretur oratio.

Tantum hoc dico, nihil ad eloquentiæ perfectionem ita facere, atque eorum lectionem; nullosque meliores magistros ad eloquentiam inveniri, quam qui hæc studia tractant.

Jam verò quis eloquentiæ fructus?

Hac Cicero instructus quid non effecit?

Hæc omnibus tyrannis majus imperium obtinet, cum & animos expugnet.

Hanc

Hanc qui contemnunt, id ideo faciunt, quod non assequantur ea; Sufficere hoc encomium, posset, sed accedit, quod qui literas docent, omnī eruditionis genere imbuti esse debeant.

Non est turpe cæteris Professoribus, nescire, aliena, nobis statim imputatur, si eruditissimorum virorum scripta non dignè integreque excutiamus.

Illi impune barbarè in sua arte loquuntur; nos ne verbulum quidem pravè dixerimus.

Quis igitur non videt, quanti hi sint labores, quantum errent, qui his studiis laudem suam derogant.

§. 4. Patet ex hoc exemplo, quando breves sententiæ & grammaticè & Logicè & rhetoricè dilatari possint: Si quis enim gemina hæc inter se contulerit, deprehendet omnes illos dilatandī modos, quorum nos *suprà* mentionem fecimus: Inveniet dilationem è *locis dialecticis*, de qua *altera parte* prolixius agemus: Inveniet dilatationem per figuras rhetoricas, præcipuè illas, quæ dilatandæ atq; amplificandæ orationi inserviunt. Non itaque usu suo res illa destituitur, si quis simili modo vel orationes vel poëmata in breves sententias contrahat; ita videbit lineamenta totius orationis & stamina accuratius ducta: imò in poëmatibus, quæ non adeò accuratum artificium rhetoricum requirunt, illo modo quasi per lemmata delineare nobis ideam dicendorum possumus, quæ deinde dilatari per omnes figuras poëticas & rhetoricas possunt, illustrarique similibus & exemplis, modo apta singulorum sic

connexio, omniaque membra iusto ordine insequantur. Nos jam ad *partem secundam* procedimus.

PARS II.

CAP. I.

De

Amplificationum & Dilatationum locis communibus Dialecticis.

§. I.

Vidimus *prima parte* de fontibus dilatationis, quatenus illa è *verbis* oritur; sed tamen omnis illa tractatio, quamquam simplicior videri poterat, & sententias dilatandas docet certorum verborum vel appositione vel interpositione. Habet tamen & ea ipsa, ut jam tum monuimus, *locos quosdam*, unde illa dilatatio instituitur. Nam si certas verborum figuras exceperis, quæ per se abundantiam sermoni inferunt, & loco adhibitæ orationem ornant, cætera omnia seu verba seu sententiæ locum aliquem dialecticum agnoscunt pro fundo suo, ideoque nunc de illis locis & illorum uberiori applicatione ad dilatandam orationem prolixius agemus.

§. 2. De his locis multi multa scripsere, sed plerique ad illa, velut ad argumentorum sedes, respexere, quorum usus in oratione esse potest, imprimis, si specialissimis argumentis opus non sit;

fit; Verùm quoniam in oratione præter argumenta quodvis ejus ita comparatum esse debet, ut videatur cum ratione esse dictum, ideoque in *dilatatione sermonis* magnus illorum *locorum* usus est, qui per se innotescet iis, qui loca illa majori cum cura tractabunt.

§. 3. Præ cæteris tanquam fundus huic doctrinæ substernendus est *Aristotelis liber Topicorum*, cujus usus non in Dialecticis tantum, sed in oratione maximè se exerit: cum enim orator probabilibus potissimum utatur argumentis, non aliam, quàm hanc sylvam cædere debet. Id tantum laborandum est, ut ea præcepta commodè ad rem nostram applicemus, quod præ cæteris docuit *Cicero*, & è recentioribus vir maximus *Rudolphus Agricola libb. de inventione* &, qui huic jungi debet, *Gerardus Bucoldianus* in libb. tribus *de inventione & amplificatione oratoria*, qui editi sunt Lugd. apud Sebast. Gryphium anno 1534. fol. quos prætereà in 8vò recusos esse existimo. Et ii præcipuè ad usum rhetoricum spectârunt, & *Bucoldianus* quidem disertè fatetur in *prefatione ad lectorem*, neminem ante se eâ de re cogitâsse & commentarios in Auctores ita instituisse, ut artificium orationis explicarent. Equidem, inquit, dum diligentius apud animum expendo, in primis in Autoribus hæc esse spectanda, neminem tam Græcorum quàm Latinorum, imò ne eorum quidem, qui in Poëtas Historicosque commentarios ediderunt, aut obiter indicâsse aut ex professo tradidisse, mirari potius diu, quàm certam causam mihi reddere posse.

videor. Ac verum fanè est, quod *Bucoldianus* dixit; fuit tamen è recentioribus *Bernardinus Parthenius*, qui in Horatio id ostendit, ac *Sturmius* inter Germanos præcipuus, qui in Cicero-
nis orationibus artificium hoc scrutaretur, verum non ad Bucoldiani vel ad Parthenii sensum. Post illos non memini è recentioribus quendam hoc argumentum ex meritò tractasse. Commendari tamen potest *Dialectica illa Regiomontana*, quam edidit nuper *Busmannus*: verum illa potius pro dialectico, quàm rhetorico usu scripta est. Vidi tamen & *Victorinum Serigelium* oratorem ac Poëtam non contemnendum, in explanationibus suis super *Dialecticam Melanchthonis*, ad usum Rhetoricum nonnulla Dialecticorum axiomata applicuisse, dum ex orationibus Cicero-
nis argumenta nonnulla producit. Aliquam etiam huic rei operam impendere videtur *Vincentius Placcius*, *Gymnasii Hamburg. Professor*, vir doctissimus, qui enthymemata Aristotelica, quæ in Rhetoricorum libris habentur, fusius deducturus ab ovo rem orditur, & à doctrina prædicamentorum locorumque topicorum rem illam axiomataque omnia, quæ excogitari è singulis possunt, deducit; Sed hætenus non nisi titulos exhibuit, uberiores explanationem opportuniori tempori reservans. Dedit quidem & *Tbilo*, *Professor Orator. Regiomont. Topologiam oratoriam*; verum in illa nihil, quod ad hujus doctrinæ fundum pertinet, sed tantummodo exempla quædam proponuntur, & quidem solitaria è singulis locis, quæ quasi idæ orationum elaborandarum esse

esse

esse possunt; Alia verò nostræ tractationis ratio est.

§. 4. Quod ad præsens negotium spectat, dilatationem scilicet, è veteribus non meminiquenquam cum cura illud tractasse. Unicus *Hermogenes*, post *Aristotelem* solertissimus formarum Rhetoricarum spectator, in lib. 1. τῆς ἰδεῶν, seu de formis oratoris, caput XI. integrum & prolixum proposuit de oratione circumducta vel fusa, vel de plena seu de referta oratione, in quo orationis circumductæ præcepta, verùm breviter suppeditavit. Distinxit verò ille magnam orationem à copiosa: magnæ enim orationis forma est τὸ μέγεθος, & conciliari orationi potest non copiosa tantum oratione, sed & sublimitate & gravitate; de quibus formis illic *Hermogenes* fusius agit; quanquam & illud ipsum μέγεθος differat à sublimitate, quod ἕψος *Longinus* vocat, qui de eo singularem librum scripsit. Ut verò monstret *Hermogenes*, quomodo oratio amplificanda sit, docet primùm adhibendas sententias, quæ vim habeant amplificandi & exaggerandi, quos προσληπτικὰς vocat, quia adsumunt, adsciscunt vel adsumuntur ad dilatandum, implendum & amplificandum.

§. 5. Primus illi modus est, cùm à thesi ad hypothesein res vel sententia transfertur, ab infinito scilicet ad finitum, qui communissimus est amplificandi modus, qui regnat per universam artem oratoriam. Nam in omnibus orationibus *Ciceronis* similem dilatandi modum invenies: nihil enim potest confirmari in alicujus orationis

contentione, nisi *ex loco communi*, tanquam ex thesauro quodam proprio, depromptum fuerit. Ita in *orat. Ciceron. pro Archia.* est literarum honor, pietas in Præceptorem in quos locos communes subinde digreditur *Cicero. in oratione pro Lege Manil.* locus communis de virtutibus Imperatoris: nam disquiritur in ea, cur Pompejus imperator sit designandus. Idem obtinet in poëmatibus longioribus & dramatis, quæ super certo aliquo loco communi, veluti cardine quodam, volvuntur. Ita in *Tityro Virgilii* est fortuna & exilium: in *Aristophanis nebulis*, sophisticæ philosophiæ elusio: in *Adria Terentii*, laus matrimonii: in *Alexide Virgilii*, amoris amentia: Atque ita in singulis *Æneid. libb.* peculiaris quidam scopus est, quò collineat tota tractatio, cui aptantur omnia atque unde normam dicendi capiunt. Ad hunc itaque locum communem, velut ad helicen, semper respiciendum; sed ita temperanda est oratio, ne in solo loco communi consistat, ac ulterius, quàm par est, illi immoretur, sed omnia ad hypothesin & rem præsentem aptè accommodanda est; Atque hic locus est, quem Dialectici *locum generis* appellant.

§. 6. *Alter amplificandi modus Hermogeni* est, cum à specie ad genus decurrimus; aut à toto ad partes, & vice versa. *Tertius per partitiones & distributiones*, enumerationem & commemorationem, qui locus non est novus, sed ad priorem potest reduci; quemadmodum & *quartus*, per congeriem, cum multæ partes conglobantur, quæ plenitudinem & copiam afferunt; *quintus* est per

per

per *opposita*, relata & contraria: *sextus* per *comparata* à minori, majori, partibus, similibus &c. *septimus* per *antecedentia*, adjuncta, consequentia: *octavus* per *circumstantias* locorum, personarum, quæ partim è prædicamentis, partim ex locis de causis sumuntur: *nonus* per *exempla*, qui itidem est locus Dialecticus, qui inter externos referri solet! *Decimus* ipsi est per *similitudines* & per *digressiones*, more Pindarico, qui tamen peculiarem locum non videtur constituere, nisi quod ratione subjecti diversus sit à cæteris: *Pindaricæ* enim *digressiones*, ut totum illud poëtandi genus vagum est & enthusiasticum, liberiùs atque licentiùs evagantur, quàm in oratione civili & poëmate modesto rei decor requirat.

§. 7. Atque hos amplificandi modos *in rebus* constituit *Hermogenes*, qui nullo modo differunt ab iis Dialecticorum locis, imò iidem sunt. His subjungit *modum amplificandi*, qui *in verbis* consistit, qui per figuras Grammaticas obtinet, ut *ισοδυναμίαν*, *συνωνυμίαν*, enallagen, *metaphrasin*, quâ scilicet aliis verbis res declaratur, *paraphrasin*, quâ res vel sententia pluribus verbis exponitur, *periphrasin*, quâ sententia circumlocutione exprimitur. Addit quoque notationem etymologias, designationis & descriptionis, quæ vel ad loca dialectica possunt referri, vel non nisi rarò adhiberi possunt. His divisionibus & distinctionibus modorum subjungit porrò methodum vel tractandi rationem, qua efformetur *genus amplum & circumductum*, quæ consistit in applicatione quarundam figurarum, quarum

prima ipsi est *anastrophe*, quâ invertitur vel immutatur ordo, cui subordinatur ἐπιμβολή, quæ fit per interpositiones & parentheses, ita tamen, ut non habeant σύγχυσις.

§. 8. Porro ipsi recensentur Ἰπισυναίφεις seu *annexiones*, cum quædam adjiciuntur ad incrementum, ut sunt epitheta, quæ qualia esse debeant, docet ille: recenset porro figuras, genus hoc dicendi efficientes, quæ ipsi vocantur ἐφελκόμενοι seu *attractantes* aut copiam verborum secum vehentes. Earum prima ipsi est ἀπαρῶθισις, non tam enumeratio partium, dicenda (nam de illa in modis realibus egerat) quàm earum digestio per particulas, primò, deinde: cum, tum; illis enim quasi nervis quibusdam apodoses & redditiones periodorum adducuntur. Nominat hinc *epanalepsin*, iterationem vel resumptionem superiorum, quæ non tam ad dilatationem, quàm ad formulas transitionum pertinere videtur. Hinc ipsi succedit μερισμός seu *distributio*, de qua copiosè agit: nam illustrissima figurarum est, & ex loco generis & speciei descendit; Ciceroni omnibus in paginis penè usurpata, Aristoteli lib. 3. Rhetor. c. 3. magnoperè commendata, quæ figura adhuc plenior & copiosior est, si ipsi addatur subjectio & ἀντιπροφορά; particule ejus sunt: quidem, verò, partim, tum, deinde, præterea, sed, tamen.

§. 9. Cum μερισμῶ seu distributione jungit figuram ἐπιμβολήν, interpositionem, quæ fit vel in una periodo per parentheses, vel in diversis, condensando rationes rationibus, antequam

quam absolvatur sententia; quod nisi fieret, fieret ex circumducto genere, quod *conciatum* vocatur, quale occurrere solet in affectibus vehementibus, ut in Cicer. orat. 1. *Catilin.* Addit porro figuram, *Ἀπυρεχών*, *currrens* vel *excurrens*, quod fit per continuationem cum asyndeto & polysyndeto; it. figuras *ἀπίσασιν* & *ὑπόσασιν*, *συσροφὴν*, convolutionem ab initio ad finem sententiæ, per *Ἀπύναψιν* seu annexionem, & *ᾤσύναψιν* seu continuationem: illa sibi respondere debere dicit, ut strophe & antistrophe in lyricis versibus, ita tamen, ut adstrictior sit connexionibus, per adjectionem particularum redditivarum, ut sunt, tot, quot, toties, quoties, ejusmodi cujusmodi: refert quoque inter attrahentes figuras *προτίμησιν* seu *astimationem*, cum alia aliis præferuntur per istiusmodi voces, præcipuè, ante omnia, inprimis, quò magis & similes.

§. 10. Habet & aliam figuram, quam vocat *καθυπόθεσιν*, quæ fit per particulas conditionales, e. g. Si &c. quæ per anaphoram inprimis effertur, i. e. crebram istius particule repetitionem: Solet & huic figuræ jungi *distributio*. Inter figuras porro illi refertur *πλαγιασμός*, sed *alio sensu* accepta, quàm à nobis *supra* vocat enim *πλαγιασμόν*, quando per obliquos casus incipit sententia vel periodus, ut: cogitanti mihi &c. tunc enim necessario productio membrorum sequitur. Recenset alias figuras, quæ non quidem sunt *attrahentes*, sed reddunt tantum genus dilatatum, ut *ἀγσις* & *θίσις*, *remotio*

motio & positio. Sola quoque interdum *remotio* facit orationem amplam & pluribus in membris effertur, quo casu dicitur *συμπλεκτικὴ ἐξαναίρεσις*, complicata abnegatio. Distinguit porro *copiosam* orationem & *diffusam* ab *inflata* & *tumida*; sunt enim hæc distinctissima.

§. 11. Atque hæc *Hermogenes* de diffusa dicendi ratione, quæ *pleniùs* ideò proponere voluimus, ut constaret, quam rationem veteres dilatandæ orationis habuerint. Certè multa ex illo disci possunt, quæ ipse quasi per lancem saturam congeffit. Illa nobis industria relicta, ut distinctiùs omnia deducamus & exemplis illustremus.

Quandoquidem igitur primus dilatandi fundus è *locis Dialecticis* petendus est, succinctè, quoad fieri potest, locos singulos perlustrabimus, & quomodo ex iis argumenta peti possunt, demonstrabimus, quoniam dilatationes sententiarum eadem via obtineri possunt.

CAP. II.

De

Argumentis singulorum Locorum.

§. 1.

Ponamus *primum* locum *definitionis*, quandoquidem primum hoc est in omni re, de qua agitur. Hic axioma est: è *de-*
finitio-

definitione cognoscitur definitum; applicaturque hoc ad rem præsentem, si fortè obstinatus homo reprehendendus, tale inde enthymema efficias. Rationis particeps homo es, quàm nisi sequeris, brutum, non homo diceris. Ha ex definitione à causa efficiente, laudaturus hominem virtute præditum, ita dices; imaginem Dei homo representat; venerabilem itaque te esse oportet, in quo sanctissima ejus imago relucet. Ex definitione à figura corporeâ ita argumentaberis contra voluptuosum: homo animal est in pedes erectum, ut cælum adspiciat; tu verò si terram & res terrestres respicis, quadrupes eris, non homo. Sunt & definitiones metaphoricæ, unde enthymemata qualiacunque duci possunt, non quidem probantia, sed rem ornantia & dilatantia. Ita in Poëtam senem hoc dictærium spargere poteris: virilis ætas hominis auctumnus est; non itaque amplius à te flores juventutis, sed fructus expectandi sunt: & tales definitiones rhetoricæ ab omnibus causis & accidentibus peti possunt.

§. 2. *Secundus locus est nominis.* Axioma hoc est: *è nomine cognoscitur res nominata*: est enim nomen brevis definitio. Ex illo in hominem infirmum ita argumentaberis: ab humo dictus est homo, quòd è terra factus, non adamantè; an mirum itaque, si homo ut vas terreum fragilis sit? Ita argumentabatur *Aristoteles* de legibus *Draconis*: Quid mirum est, leges ejus adeò esse crudeles, cum scriptæ sint non ab homine, sed à Dracone. Eodem modo ad aliquem,

quem, cui *Constantis* nomen, hoc argumento consolatorio uti poteris: Qui nomen tibi hoc imposuit, prævidit afflictiones tuas; injuriam itaque quis faceret vel nomini tuo vel illi, qui nomen hoc tibi imposuit, si te inconstantem in adversis diceret.

§. 3. *Locus tertius est Propiorum.* Unde tale axioma: *E proprietate argumentamur ad rem, cujus est proprietas.* Ita laudaturus hominem virtute præditum, ita argumentaberis: Virtutis proprium est laudari: quare virtuti tuæ divinæ divinæ potius laudes, quàm humanæ conveniunt. Quòd si inter divina atque humana nulla est proportio, nec tua virtus satis poterit hominum linguis deprædicari. Ita veniam delicti petiturus à principe hac formula utaris: quandoquidem homini competit fragilitas in peccando, Principi clementia in condonando, itaque ad clementiam Principis confugio, quoniam illa omni delicto privato major est.

.. 4. *Locus quartus est Conjugatorum.* Ejus hoc axioma est: *Ex uno conjugatorum inferitur alterum.* Ita in defensionem rei ita argumentabere: Commiseratione erga reum vos affici æquum est judices; hic enim fuit, à quo humani nihil, nihil erroris, alienum fuit. Ita si controversiam de nobilitate literarum & armorum decidere velis, hoc argumento uti poteris: Si robur corporis & fortitudo potius in appetitu sensitivo residet, ignobili potentiâ; & justitia in voluntate, potentia nobiliori, ideoque nobilius est esse justum, quàm fortem, &

præ-

prærogativa literato debetur præ milite. Multa hinc possunt alia *argumenta jocosa & cavillatoria* peti.

§. 5. *Locus quintus & sextus est Totius & Partis.* Hujus axioma est *primum: melius est totum, quàm pars.* Argumentaberis hinc ita ad judicem: Quanquam sit Titius tibi amicus, commodum tamen publicum debes præferre privato, quoniam totum melius est parte. Ut corpus servemus, manus, & brachia refecamus. *Alierum* axioma est: *Si deficit pars, totum amplius non est totum.* Ita reprehensus maledicum, hoc uteris enthymemate: Quanquam in capite tuo resideant omnes virtutes intellectuales, & in corde omnes virtutes morales, nihilominus linguæ defectus omnes laudes tuas corrumpit, quoniam laudabili homini recluduntur omnes perfectiones, ad vitiosum sufficit unus defectus. *Tertium* axioma est: *Ex parte cognoscitur totum.* Ita laudaturus actionem memorabilem, hoc modo institues: Ex ungue cognoscitur leo; è pollice mensuram colossi facile iniveris; Quare è diligentia tua in minimis cognoscimus ingenium tuum in maximis. *Quartum* axioma hoc est: *Ex enumeratione partium probatur totum.* Ex illo nascuntur omnia *argumenta inductiva*, quæ apud Rhetores non sunt adeò exacta, quàm apud Dialecticos, cum paucorum particularium recensio sufficiat ad propositionem universalem inferendam. Ita expressurus hoc thema, quòd quodlibet honoret sapientes, ita argumentabere: Chii simulachris marmoreis honorârunt Homerum, quam:

quamvis cœcum: Parii Archilochum, quanquam maledicum: Mitylenæi Sappho, quanquam fœminam: Lampfaceni Anaxagoram, quanquam peregrinum: Spartani licet indocti honorârunt Chilonem: quid multis? totus orbis æstimat sapientiam.

§. 6. Locus septimus & octavus est *Causarum & effectuum*. Axioma hoc: *Ex causa cognoscitur effectus*. Istud applicari potest omnibus causarum generibus, *efficienti, finali, formali, materiali*. *A causa efficiente* laudabis filium, laudando patrem: aquilæ columbas non generant, neque pygmæos gigantes: Quare virtus generosi genitoris in prole cognoscitur. *E causa finali*: Qualis finis est, talia sunt omnia opera; Si itaque finis tuus est nominis gloria, omnia tua opera oportet esse gloriosa. *Ex causa formali* in laude alicujus virginis: Qui intuetur pulchritudinem tuam, stupore defigitur; verum non mirabitur, qui nôrit, reflecti hanc formam à pulchritudine animi, quæ cum pulchritudine mentium cœlestium communicat. *E causa materiali* supra statuam auream Claudii Cæsaris ita jocaberis: Agnoscite artis miraculum! Cæsar antea stercoreus uno die factus est aureus. *Alterum* axioma hoc sit: *Ille res nobilior est, cujus cause sunt nobiliores*; ita nobilior est statua Jovis olympici, quàm Alexandri, quoniam hæc facta fuit à Lyfippo, illa à Phidia, Lyfippi Magistro; hæc formam hominis habet, illa Numinis; hæc facta, ut honos ipsi habeatur, illa, ut adoretur; hæc è saxo, illa ex ebore. *Tertium* axioma est:

Mulci

Multi effectus, forte fortuna obvenientes, finguntur quasi à veteris causis orti, cavillationis gratia. Ita Hannibale pugnante contra Romanos ad Cannas, ventus pulverem spargebat in Romanos, unde ita argumentari possis: Tàm odiosa erat Romanorum superbia, ut venti cum Hannibale conspirarent ad Romanos in ordinem redigendos.

§. 7. *Locus nonus & decimus est Antecedentium & consequentium.* Axioma primum hoc est: *Ab antecedente argumentamur ad consequens.* Ita argumentaturus in hominem vitæ dissolutæ sic dices: Certum fanè fuit præfagium illi, qui patrimonium devoraverat, evomendam tandem domum & omnia bona. Axioma alterum: *E consequente infertur antecedens.* Ita consolaturus aliquem invidia pressum hoc uteris argumento: noli mirari, invidia te peti; illa virtutem sequitur, ut umbra solem. Qui gloriæ lucem cupit subire, invidiæ umbram ferat necesse est.

§. 9. *Locus undecimus est Concomitativorum.* Sunt illa circumstantiarum, quæ comitantur actionem, & comprehenduntur vulgato illo versiculo:

Quis, quid, ubi &c.

& accidentia, quæ comitantur substantiam. Axioma hoc est: *Quales sunt circumstantia, talis est res ipsa:* circumstantiæ enim sunt, quæ actionem reddunt vel laudabilem vel justam vel utilem &c. Ita gratias alicui acturus ob beneficium præstitum, hoc uteris argumento: beneficium quod mihi præstitisti, quamvis per se magnum, majus tamen

tamen factum fuit animi tui magnitudine, temporis opportunitate, extrema necessitate, quodque maximum est: tu solus fuisti, qui primas in beneficio hoc partes tibi sumpseris. Axioma *alterum* hoc est: *E circumstantiis probatur factum.* Ita reum accusaturus homicidii, sic argumentaberis: Cùm Titius interficeretur, fugientem te vidimus cum gladio evaginato & sanguinolento, nomen tuum inclamante moribundo; Tu itaque occidisti Titium.

§. 9. Locus *duodecimus & decimus tertius* est *similium & dissimilium.* Axioma primum hoc: *Quale unum est similia, tale est etiam alterum.* Similitudo propria est inter res ejusdem speciei, ut inter hominem & hominem, quod alii *identitatem* vocant. Uteris hoc axiomate admoniturus amicum: Quanquam benè de te existimant omnes, fuge tamen malorum consortia, ne & ipse malus habearis, quoniam dici solet, similes habere labra lactucas, vel: concolores convolare amant aves. Altera *similitudo metaphorica* est inter res duas diversi generis, ut: vera amicitia similis est auro purissimo; nam ut igne aurum probatur, an purum sit, an verò fictum; ita ad veritate exploratur amicus verus & fucatus. *Alterum* axioma hoc est: *Rerum dissimilium dissimiles sunt consequentia.* Ita reprehensus dominum severum hoc uteris argumento: Recordare, servum non esse bovem, qui & plagis tractetur & malo cibo: nunquam è bove fit dominus; sed servi multi sunt facti dominorum suorum domini, & malè tractârunt eos, qui se male tractârunt.

§. 10.

§. 10. Locus *decimus quartus* est *Contrario-
rum*. Axioma *primum* hoc est : *Contrariorum
contraria sunt consequentia*. Si bellum populo-
rum pernicies est, pax est illorum salus : Quis
verò adeò inhumanus erit, qui perniciem amaret
potiùs, quàm felicitatem, ultimum hominum
finem? quo argumento alicui persuadere possi-
mus concordiam. *Alterum* axioma hoc est : è
duobus malis inevitabilibus minus habet ratio-
nem boni. Ita cùm exercitus Romanus siti
conficeretur, Marius illi fontem monstravit ab
inimicis obsessum hac adhortatione : Aut mo-
riendum nobis siti est, aut aqua ab inimicis vobis
fortiter sanguine vestro redimenda : utrum vul-
tis? *Tertium* axioma est : *Melius est, aliquid non
facere, quando actionem inevitabiliter sequuntur
duo contraria mala*. Ita qui disuasurus erat ma-
trimonium, hoc utebatur argumento : Si de-
formem duxeris, adversaberis illam ; si pul-
chram, placebit alteri : itaque consultius erit nul-
lam ducere.

Ex illo loco nascuntur multi *joci argutissimi*,
quando duo contraria non rectè sibi opponun-
tur ; dialectici enim τὴν ἀκριβείαν sectantur, o-
ratores id quod populare est, nonnunquam
etiam falsum, quod speciem veri exhibet.

§. 11. Locus *decimus quintus* est *Majorum,
minorum & parium*. Axioma *primum* est : *Quod
major non potest, multò minus poterit minor*. Ita :
Si princeps non potest facere adversus leges,
multò minus potest id judex, qui dependet à
Principe. *Secundum* axioma est : *Qui potest fa-*

cere illud, quod plus est, potest etiam facere illud quod minus est. Ita iratum placaturus hoc argumento uteris: Qui vincere inimicos armatos potuisti, qui adversus te conspirarant, multo facilius vincere potes affectus, qui in tua sunt potestate. *Alterum axioma est: Quod facimus pro rebus minoribus, illud magis faciendum est, pro majoribus.* Ita exhortaturus ad patientiam dices: Si ob salutem corporis caduci amara pharmaca non fastidimus, si membra ferro secari permittimus, si flammam ipsas in subsidium ægri corporis advocamus, quæ non sunt pro animæ salute subeunda, quæ æterna est & immortalis? *Tertium axioma est: Qui non estimat illa, quæ majora sunt, multo minus estimat illa, quæ minora sunt.* Ita argumentaturus adversus homines rebelles dices: Quod si non ferunt illam Rempublicam, quæ à Deo instituta est, multo magis excutient illam, quæ est ab hominibus instituta. *Quartum axioma est: Parium pares sunt consequentia.* Ita ad advocatum dices: pro pari merito par honor debetur; quare si quis vitam civis salvavit, quernam coronam meritis est, multo magis tu mereris, qui servasti civem innocentem artis tuæ præsidio.

§. 12. *Locus decimus sextus est Correlativorum & Relativorum. Relativa alia sunt parium, ut amici ac amici, fratris ac sororis; alia disparium, ut patris & filii, domini ac servi. Axioma primum est: In correlativis paritatis illud, quod dicitur de uno, dicitur etiam equaliter de altero.* Ita ad amicum scripturus dices: Amici cum unanimes

nimes

nimes sint, unum idemque sunt, ideoque res meæ tuæ sunt, & tuæ meæ; atque ideo liberè tu dispones de rebus meis, quemadmodum ego de tuis. *Alterum* axioma est: *In correlativis disparitatis quod dicitur de uno, inferitur de altero secundum proportionem.* Ita dices ad filium ingratum: Si pater filio debet amorem, filius illi debet obedientiam: quare si tu patrem non ut tuum, sed ut peregrinum tractaveris per inobedientiam, pater te justè ut extraneum tractabit negando amorem. Ita gratias acturus pro beneficio: adeò superat tuum beneficium omne meum meritum, ut nullum inveniri ipsi æquale redhostimentum possit: fecisti itaque, ut moriendum mihi sit ingrato, si bona voluntate tibi solvi non velis.

§. 13. Sequuntur jam *loci extrinseci*, quorum spectant *leges divinae & humanae, testimonia, dicta sapientum, proverbia, publica fama.* In loco legum divinarum hoc axioma sit: *necessaria est legum divinarum obedientia.* Ita exhortaberis ad divina præcepta servanda: Magna Respublica mundus est; Princeps Dei instar habet, cives sunt homines, lex est ratio naturalis, non in tabulis, sed in mentibus hominum scripta; Quare, qui rationi adversatur, peccat in legem, qui peccat in legem, peccat in legislatorem, qui transgressores impunè non dimittet.

§. 14. Ex loco legum humanarum primum est axioma hoc: *Leges scriptæ accuratè debent observari.* Ita dicturus ad judicem ita argumentaberis: Medicorum aphorismi ad salutis conser-

vationem in singulis sunt necessarii, & leges Principum sunt aphorismi ad conservandam Reipubl salutem necessarii. Quare non punire delicta in Republ. est, non vitare diætæ errores in ægrotis. *Alterum* axioma est. *Rigor legum scriptarum debet temperari equitate legis naturalis.* Ita judicem admoniturus, ut sibi à rigore temperet, ita argumentaberis: Summum jus summa injuria est; quare non tantum populi debent se accommodare legibus; sed & leges populis: legibus emendantur leges.

§. 15. *E loco testimoniorum axioma hoc primum est: testimonis fides habenda est.* Ita in defensionem testimoniorum dices: Testimonia sunt argumenta visibilia veritatis invisibilis. unde judex testimoniorum oculis videt res occultas; qui itaque testium infringit fidem, occæcat judicem. *Alterum axioma est; Nihil facilius corrumpitur, quàm testimoniorum fides; contra testimonia itaque sic dices: Quemadmodum sensus nullus fidelior est, quàm oculorum, ita nihil est lingua infidelius, si illa venalis est.* Quare qui juraverit oculos vidisse, quod non viderunt, decipit judicem & vendit reum.

§. 16. *Ex loco quarto, dictorum scilicet Sapientum, axioma primum est: Dictis antiquorum Sapientum fides habenda est.* Ita dices ad judicem: Non te exhibebis vel nimis indulgentem vel nimis severum in judicando; sed recordaberis dicti illius apud Hesiodum: dimidium esse plus toto. *Alterum axioma est: Etiam sapientes aliquando falluntur.* Ita reprehensus amorem ali-

ali-

alicujus inæqualem, ita dices: Non est verum, quod dicunt sapientes, omne simile amare sibi simile, quoniam tu es homo, & amas bestiam.

§. 17. Ex loco proverbiorum hoc primum axioma est: *Proverbiis, ut populorum effatis, fides habenda est.* Ita moniturus astutum dices: Sequere prudentiæ, non verò astutiæ regulas, ita enim veteri verbo dicitur: finis fraudum initium damni est. Alterum axioma est: *Sæpe proverbia sunt fallacia;* Ita dices ad astutum: Non est verum illud proverbium, ex ungue cognosci leonem; tot enim annos tecum conversatus nondum animum tuum deprehendi.

§. 18. Ex loco fame publicæ axioma illud est: *famæ publicæ fides debetur.* Ita adhortaturus aliquem, ut famæ studeat, ita argumentaberis: fama multas habet linguas, sed unam tantum vocem, quæ & sit vox populi & Dei. Quòd si fama vera non semper dicit, dicet tamen, quod est verisimile, adeoque bona fama semper amanda est, timenda mala.

§. 19. Ex loco septimo Exempli illud axioma est: *Exempla alterius vivere discimus.* Ex hoc loco ita argumentaberis: Intuemini semper, exempla aliorum; plus enim persuadet unum exemplum, quàm multa verba. Longi temporis res est, cùm docemur auribus: uno momento oculus absolvit omnia; itaque magis memoriæ imprimitur, quid per oculos, quàm quod per aures admittitur.

§. 20. *E loco octavo Apologorum hoc axioma est: Etiam poëtica figmenta verum docent.* Ita suasurus alicui, ut cautè procedat, ita argumentaberis: Cave tibi ab insignibus domuum, recordare vulpis, quæ cum invitaretur à leone in caveam suam, venire recusabat, quoniam dicebat, se multa quidem vestigia videre introrsum spectantia, nulla verò quæ retrorsum.

§. 21. Atque hi ferè loci sunt, unde argumenta depromi possunt, tam illa quæ spectant ad rei probationem, quàm quæ ad amplificatio- nem. Illorum longè plura excogitari possunt, si quis seriò rem istam egerit, & Aristotelis Topicorum libros cum Rhetoricis collatione instituta, diligenter excusserit; ad quam rem prodesse poterit illa *Topicorum Aristotelis explanatio*, quæ ex Academia Veneta anno 1559. fol. prodiit, quo in commentario loci illi, unde argumenta tam Dialectica, quàm Rhetorica desumuntur, cum cura eruuntur.

CAP. III.

De

Multiplicatione locorum,

§. 1.

Vidimus hætenus de locis solitariis, unde argumenta ducuntur tam *docentia*, quàm *amplificantia*, quæ commodè & suo loco adhibita orationem non solum rationi consentaneam faciunt, sed & illustrant ac ampli-

plifi-

plificant: nihil verò magis ad amplificationem & dilatationem facit, quàm illa *locorum multiplicatio*. Quæ enim per singula loca sparsa sunt, atque ita sparsim adhibentur, non possunt illam orationi copiam & subertatem comparare, quàm si vel loca multa simul adhibeantur, vel ex uno loco multa argumenta conglobentur, quo oratio densa fit & rerum copia quasi stipatur; quod apud Oratores atque Poëtas fieri sæpè videmus.

§. 2. Ad hanc locorum multiplicationem eò feliciter obtinendam necessarium est, librum quendam promicondum habere, secundum rerum classes dispositum, in quo habeantur omnia cujusq; rei consentanea & dissentanea; ita fiet, ut cum sub unum conspectum cadunt omnia & singula, quæ ad unamquamq; rem pertinent, statim etiam loci in mentem veniant, & cum ipsis locis rerum argumenta & verborum copia per constitutionem rerum obtinenda.

§. 3. Habuit aliquando tale opus in animo *Julius Camillus, Italus*, cui operi magnificentum eloquium suspendit *Barthol. Riccius* in præfatione libri sui, cui titulus est: *Apparatus latine locutionis*. qui *divinum opus* hoc vocat & summis precibus à Deo contendit, ne aliquo maligno fato posteris illud intercipiatur: *Julius Camillus*, inquit ille, in hac una præcipiendi facultate Princeps, qui in *suo theatro* (hoc enim titulo inscribere volebat) ita ad sua capita vel unumquodque, quod homini in mentem dicere venire possit, ex ordine digestum habet, ut inde vel infanti la-

tina oratio in calamum scribenti quàm uberrimè confluere possit. Hujus libri cùm tantam spem excitârit *Riccus*, mirum mihi semper visum fuit, quid consilii demum vir ille ceperit in latinæ linguæ opibus congerendis; postquam itaque diu inquisiveram in hunc librum, incidi tandem in *Johan. Sturmii* librum, cui titulus: *Linguae latinae resolvendæ ratio*, ubi de hujus *Camilli* consilio totoque illo apparatu prolixius agitur: ipse enim *Sturmus* cum *Julio Camillo* communicaverat super hoc negotio, cum ipse etiam meditaretur rationem, quâ commodè dispesci omnis latinæ linguæ apparatus possit. Constituit itaque *Julius Camillus* theatrum suum secundum rerum naturæ seriem: *theatrum* enim illud suum divisit in septem planetas, & unumquemque planetam in suas proprietates, & deinde vocabula secundum partes hominis distinxit: putavit enim se in homine posse invenire omnem ordinem universitatis, & in dividendo homine dissolvere & dividere posse omnem copiam & varietatem vocabulorum: in ossibus hominis siquidem invenitur natura terræ, in sanguine natura caloris & ignis, in spiritu aër, in urina aqua &c. verùm rectè judicabat *Sturmus*, magis hoc esse acutum, quàm fructuosum inventum theatricum, de quo ille lingua italica librum publicavit. Verùm ipse cum viveret, adeò celavit hanc rationem suam, & à quædraginta annis hoc saxum volverat, usque dum ipsius mors omnia abruptit. Commisserat tamen hanc rem *Josepbo* genero suo, & *Michaëli Anglo*, Veneto, per quem *Princeps Ve-*

netorum vocaverat *Philippum Melancthonem* Venetias; sed illo in ea legatione mortuô, *Philippus* in Italiam non venit.

§. 4. Quanquam itaque *Julii Camilli* hic conatus interiit, *Sturmius* tamen consilium aliquod arripuit, quo linguam latinam omnem in locos naturæ rerum convenientes resolveret, spreto illo *Camilli theatro apparatus*. Quare locos certos rerum invenit, secundum quos latinam linguam disponderet, atque hanc latinæ linguæ resolvendæ rationem tradidit in *peculiaris tractatu*, quem in lucem edidit *Johannes Lobartus, Borussus*. Ipse vorò cum pertexere rem illam non posset, consilia hæc secutus discipulus ejus, *Johannes Benzius*, publicavit *Thesauri latinitatis pura eumpendium* alterum Argentorati anno 1596. 8vò majus aliquando volumen editurus, quod tamen nunquam, ut opinor, lucem adspexit. Disponitur hic tota lingua latina sub locis 76. & sex unoquoque loco unius cujusque rei ponuntur synonyma, adjuncta, actiones, cognata, dissentanea. Quæ ratio non parùm conducit ad *variandam & dilatandam orationem*, quano omnia, quæ rei vel adfunt, vel infunt, vel contrariantur, sub unum conspectum cadunt, atq; ita occasionem subministrant rem aliquam per adjuncta sua & contraria dilatandi. Eundem ordinem *Benzius* observavit in *thesauro Græcæ linguæ*; & ad ejus imitationem sub iisdem locis proverbia *Josephus Langius* disposuit Argentorati anno 1596. edita 8vò.

§. 5. Neque fuit sane hæc primùm *Johanni Sturmio* excogitata linguæ latinæ resolvendæ ratio; sed jam olim *Julius Pollux onomasticon* suum instituit, & ob elegantem dispositionem *Commodo Cesari* nuncupare non dubitavit. Qualis verò sua sit collectio, ipse exprimit, eumque in finem se illam instituisse ait, ut rerum vocabula, cognata quadam significatione conjuncta, quæ & vulgò *Synonyma* dicuntur, adsint duplici commoditate: priori, ut in promptu sint ὑπαλλακικά, quæ nobis sunt aut *transmutata* aut *subalternantia* propter significationis affinitatem, quorum usus maximus est, quoties orationis habitum variare oportet: posteriori, ut sint δηλοτικά, quibus priora circuitione verborum quadam exponuntur, veluti expositoria & explanatoria. Ab hoc pocul dubio ideam operis sui desumpsit *Sturmius*, quanquam alia ratione & methodo librum suum disposuit, & ad *Sturmi* rationes credo quoque respexisse *Jodocum Willichimum* in libro, de *verborum & rerum copia comparanda*, qua tamen alias vias quoque tum præceptis, tum exemplis ostendit: idem quoque *classes predicamentales* instituit, de quibus apud illum fusius legi potest. Res verò eodem recidit, an *locis predicamentali- bus* an verò *dialecticis* utamur, nisi quòd loci *Dialectici* specialiores quosdam animi conceptus ad argumenta invenienda ostendant, quos è prædicamentis non nisi per longiorem consequentiam educere possumus. Sunt itaque hi libri quasi *subsidiarii* ad locorum multiplicationem, qui maxime dilatandi sermonis fons est: cum enim

loci

Loci solitarii aut argumenta unius loci solitaria vel argutam vel probantem facere possunt orationem, præ cæteris copiosam facit *locorum multiplicatio*, cùm vel unius rei causæ vel effecta, vel adjuncta vel definita multiplicantur & per *συναρτῶσιμον* quendam conglobantur: hinc enim nascitur illud, quod in oratione tam solutâ quam ligata *copiosum* est. Ac miror sanè, è Rhetoribus neminem, quantum quidem ego sciam, fuisse, qui hanc locorum multiplicationem pro oratione dilatanda commendârit, quàm *Renaum Bary*, Consiliarium & historiographum Regis Gallix, qui in *Rhetorica sua Gallica* sub finem ejus libri de illa præcepta aliqua & exempla dedit; qui liber non immeritò singulari elogio afficitur à *Job. Francisco Grandi* in singulari dissertatione, quæ operi huic præmittitur, & inter reliqua ejus opera critica Paris. 4. edita refertur.

§. 6. Ejus multiplicationis *aliquot exempla* proposituri sumus ad ductum Gallici istius Auctoris, unde judicium fieri potest de cæteris, & exempla capi possunt, cùm in simili laborandum est. Ita ex *loco cause efficientis* multiplicationis erit hoc exemplum: Erat hæc urbs, in qua regnabat hypocrisis cum technis omnibus, in qua insolentia insurgebat cum impietate, in qua hæresis se defendebat cum magna contentione. Verùm quos Deus elegit, ut operetur in iis salutem, ii nec minis possunt terreri. nec difficultatibus eorum ardor restringi neque casibus variis & eventibus percelli, neque subtilibus argutationibus vinci.

§. 7.

§. 7. *E loco cause finalis* hoc multiplicationis exemplum esto: Laudate, o mei, autorem nostrorum malorum; ille bonis nos non spoliat, nisi ut servitutis rumpat catenas: ille nobis morbos immittit, ut ad veram sanitatem reducat: ille nos inimicorum insultibus exponit, ut nobis in memoriam revocet, quæ ille pro nobis tulit convitia.

§. 8. *E loco effectorum* hoc multiplicationis exemplum est: Quam est amabile veris tempus! Ver scilicet est, quod campis viridem colorem induit, Ver est, quod arbores floribus induit; Ver est, quod aërem, quem spiramus, nova quasi anima instaurat & vitæ balsamo tingit.

§. 9. *Ex loco subjectorum* hoc multiplicationis exemplum esto: Nullam illi dubitationis suæ speciem habent, qui Dei existentiam in controversiam vocant: illa se evidenter ostendit in ordine tempestatum anni, in elementorum subordinatione, & in discordium elementorum concordia.

§. 10. *Ex loco adjunctorum* hoc exemplum erit: Si vita nimis est ad pœnitentiam brevis, certè Christianus non erit, qui plurimam ejus partem in salutationibus, aliquam in factationibus, aliquam in ineptiis & nugis, plurimam in somnis consumit.

§. 11. *E loco relativorum* hoc exemplum esto. Quid est, quòd adversus Deum insurgamus? an non ejus misericordia omnibus horis lumen accendit cæcis, vocem armat mutis, libertate donat

ca-

captivos. *Aliud:* Si bellum etiam justissimum injustum est, omnia tentanda sunt, ut dissensiones occupemus, cum vel amicus invadit amicum, vel filius litem movet patri, vel civis rebellis est adversus Magistratum.

§. 12. *Ex loco contrariorum* hoc exemplum erit: Feramus mala nostra, & à seculi nugis avertamus animum; delitiæ enim mundi inflamment affectus nostros, & crucis austeritas illos interficit, & anxietates cordis generant consolationem spiritus, & hujus vitæ spinæ producunt, rosas æternæ salutis. *Aliud exemplum:* Quàm dementat fidei nostræ professionem actionum nostrarum ignorantia & cæcitas! nos credimus, Deum omnis boni fontem, & nos nihil quàm vana & inania agimus! nos credimus Deum potentissimum, neque tamen iram ejus metuimus: nos Deum agnoscimus verissimum imò ipsam, veritatem, & Evangelium tamen ejus pro fabula habemus: nos credimus in Deum crucifixum, & hujus vitæ mala & infortunia à nobis avertimus.

§. 13. *E loco majorum & minorum* hoc exemplum esto: Qui terram dimittit præ cælo, laudari meretur, ille radios spernit, ut habeat fontem splendoris: ille scintillas contemnit, ut tota luce tingatur: ille momentum temporis perdit, ut æternitatem acquirat.

§. 14. *E loco dissimilium* hoc exemplum esto: Latrat canis, antequam mordeat: ventus sibilat, antequam prosternat; strepitum movet domus ante casum; intumescit aqua ante inundationem; Ve-

Verùm si hominem intueamur, quid dicemus? experientia enim nos docet, illum mulcere, cùm minas spargit, illum fida latus petere, cùm amplectitur, illum perdere nos, cum osculo excipit.

§. 15. *E loco generis & speciei*: Omnia ad unionem tendunt in disciplinis omnibus. Quid juris prudentiæ cum codice & digestis, & immanibus libris, nisi actiones civiles ad regulam rationis reducat? Non utitur pharmacis suis medicus, nisi ut humores sibi adversos in temperiem reducat; non consulit vel vivos vel mortuos Politicus, nisi ut omnia ad bonum publicum dirigat.

§. 16. *E loco partium & totius*: Quanquam mundus opus manuum Dei fit, nihil habet tamen immutabilitatis ab Autore suo. Omnia transeunt, omnia mutantur, neque ulla pars est, quin vices suas habeat. Si terra alicubi abundat, alibi sterilefcit: si mare placidum est ac tranquillum, alibi in diluvia turget: si aër serenus est, alibi procellis turbatur.

§. 17. *E loco definitionis exemplum hoc esto*: Totus orbis est repletus simultatibus, rebellionibus, & certè qui hodiè vivit in tumultuoso hoc orbe, dicet, quod prudentia, quæ malis vitæ civilis medetur, non in alia re consistat, quàm ut sanet ulcera, complanet cicatrices.

§. 18. Atque hic locus definitionis frequens admodum est apud Oratores & Poëtas, fundus enim est *descriptionum*, quæ ubique regnant apud Poëtas. Quare non inconsultè facturusest, si quis

quis

quis talium descriptionum farraginem præ manibus habeat, quæ ex oratoribus & poëtis præcipuè sunt colligendæ: Quibus addi possunt etiam *Historici*; qui hac in parte Poëtas imitantur. Sunt verò tales *descriptions* maximam partem petitiæ ex adjunctis, non nunquam etiam contrariis, ingenioso conflictu sibi oppositis. Talium *descriptionum exempla* multa congeffit *Caraffa* in libro italica lingua scripto, cui tit. *Dicerie Poëtiche*, & ludicras quasdam *descriptions* dedit *Const. Hugenius* in Poëmatibus suis Belgicis, cui tit. *Rede Printen*.

§. 19. Atque hæc de multiplicatione locorum dicta sunt, quæ frequentissima sunt apud Poëtas, qui illud cum pictoribus commune habent, ut quemadmodum hi coloribus rem illustrent; ita illi adjunctis variis proprietatibus, contrariis seu verè talibus seu metaphorico sensu fictis describunt. Atque hinc est, quòd Poëta plerumque *epithetis* utuntur præ oratoribus, quæ quasi *stellule quædam sunt & lumina orationis*, imprimis si illustria sint. Hac in re quoque *Historici* Poëtas imitantur, de quorum epithetis legendus est *Augustinus Mascardus* Italus, in libro italica lingua *del l' arte historica, trattato V. p. 623. sqq.*

§. 20. Frequentantur apud Poëtas speciales quidam loci, unde amplificatur oratio, qui non adeò frequentes sunt in soluta oratione. Nam cum oratores vel alii scriptores rem simpliciter describere soleant, hi semper adjunctis quibusdam describunt, e. g. cum orator vel historicus simpliciter ponit: nox erat; Poëta tot adjunctis

K

ctis

Etis describit nocturnum tempus, ut videatur oculis ipsis subjici. Exempla eorum multa afferri possent, sed in iis operosus est *Bernbard. Parthenius* in libro suo italica lingua scripto *de imitatione Poëtica*.

C A P. IV.

De

Exemplis amplificatio- num è locis Dialecticis.

§. I.

Multa hîc possent *exempla* produci; sed nos *tria* tantum suppeditabimus. *Primum*, quo *res* amplificatur è locis Dialecticis; *alterum*, quo *factum*; *tertium*, quo *thema*: nam in his præcipuè tribus usus est locorum Dialecticorum præ cæteris. *Exemplum*, quo *res* describitur è locis dialecticis, esto hoc: Describatur *bombarda major* è loco (1) generis & speciei; varia hominum inventa, machinæ bellicæ, nocumenta mortalium. (2) totius & partis: longitudo & cavitas, orificium, basis seu capsa (3) definitionis: tota compages, prout se obtulit, (4) materiæ: orichalcum, ferrum, corium, pulvis pyrius, sulphur, nitrum, carbones, glandes. (5) efficientis: monachus. (6) effectorum: inter neciones hominum, direptiones urbium, exceptiones Principum (*Salven*) antecedentia, consequentia. (7) adjunctorum: incensio, murmur, æmu-

æmulum tonitru , terror hominum & animantium.

§. 2. Connectantur hæc sub forma epistolæ , additis figuris Rhetoricis & ornamentis verborum , hoc modo :

Quamvis multa sint , amice , quæ scribam , tamen unius rei admiratio me avocat à cæteris. Obstupui , ubi vidi , quid machinetur manus mortalium. o artes ! imò , o nefaria hominum inventa ! Satné fuit excogitâsse in hominum perniciem gladios , in murorum ruinam arietes & catapultas ; sed vincit seculum hoc priora & in graviora prolabuntur miseri. Vidi nefas , quod nec sine horrore viderit Eumenidum pater. Eruitur è terræ visceribus , & in caminis conflatur monstrum. O terra mater ! O ignis , foror fautorque generabilium ! adeoné profanari vestra munera & servitia ! Exterior adspectus imitabatur tubum annulis inductum. Huic intrudebant præmisso pulvere (quem ferunt è nitro , sulphure & carbonibus concinnari) magni ponderis globum. Ut omnia ritè adornata , dirigebatur portentum in aëra : formidabant gemini & septentriones. Non tam pavidè adspexit orbis trifaucem Cerberum , cum in lucem protraheret illum Hercules. Adhibebatur carbo vel funis tortus , & ecce , immortales Divi , quid audivi ? age Jupiter , coge fulmen , ut tonare queas ; nos etiam , te tranquillo iratum regnum tuum faciemus. Credas totam terræ machinam subversum iri , ita omnia tremere sub pedibus , nubila cælo prætexi. Tàm truculentus sonus , ut non

Nili cataracta, non Ætna sua eructans incendia gravius aliquid sonare possit. Averti faciem & aures, ne mihi excuteretur cerebrum aut rumperetur auriculæ nervus. Neque enim alia vel observavi vel observare volui. Interim hæc ego tibi scribenda duxi, ut quæ meam promeruerunt, tuam quoque indignationem incurrant.

§. 3. Ad hujus exempli ideam patet, quomodo dilatatio talis in rebus describendis institui possit: descriptio enim talis omnes locos Dialecticos pervagatur. Subjungemus nunc *alterum exemplum*, quo *Factum* amplificatur.

§. 4. *Factum* dilatatur ex iisdem locis: est enim *narratio* perfecta repræsentatio alicujus facti, prout illud per ambages circumstantiarum principalium deduci potest. Illæ verò *circumstantie* non aliis è fontibus peti possunt aut debent, quam è locis Dialecticis, loco scilicet efficientis & cæterarum causarum, loco antecedentium, concomitatum, adjunctorum, consequentiarum & similium, quibus addi debent locus & tempus, quæ vulgato illo versiculo comprehenduntur. Quis, quid, ubi, &c. quibus circumstantiis addi potest Quale & Quantum: nam, cum facta vel exaggerari soleant vel extenuari, id autem accuratius fieri non possit, ipso docente *Aristotele*, quàm è categoriis, plenior erit narratio, si *locæ predicamentalia* locis dialecticis jungantur.

§. 5. *Narratio* nihil aliud est, quàm ordinata circumstantiarum istarum collectio, quæ fieri

fieri tribus modis potest. *Prima* simplex est unâ tantum periodo continuata, cum narramus nudum factum, aut aliquod adjectivum adjicimus duarum circumstantiarum, Qualis & Quanti. *Secundus* modus est, cum dividitur narratio in plures periodos, & quælibet periodus amplificatur aliis circumstantiis magis particularibus, & reflexionibus minutis. *Tertius* modus est, quando historicæ, narrationi adduntur enthymemata, rhetorica petita vel ex genere demonstrativo vel deliberativo vel judiciali, ad exaggerandas circumstantias facti, & auditores in certum aliquem finem impellendos. *Circumstantia* isto ordine, vel quo lubet, possunt locari. Primum est *quid?* significat actionem factam, v. g. occidere & occidi. (2) *quis?* significat personam patientem & agentem. (3) *Quibus auxiliis?* significat personas socias cum persona agentis & patientis. (4) *cum quo?* significat, quibus instrumentis. (5) *quomodo?* significat, quali modo res illa gesta sit, qui explicari plerumque solet per adverbia (6) *ubi?* significat locum, in quo res facta est. (7) *quando?* significat quo tempore factum sit. (8) *quare?* exprimit causam, ob quam aliquid factum sit. His octo circumstantiis substantialibus hæc due adjici possunt, quæ ornant & quasi vivificant orationem. (9) *Quale?* quod est adjectivum, quod qualificat, ut ita loquar, circumstantias, ut omnia quasi in conspectu ponantur. (10) *Quantum?* quod itidem vel adjectivum vel adverbium significat, quod applicatur multis circumstantiis, ad eas exaggeran-

randas. Sit itaque historiola amplificanda, quod Titius Sempronium occiderit : hanc historiolum unâ periodo ita propones, incipiendo à circumstantia temporis & reliquas, prout visum est, subjungendo ; hoc forte modo :

§. 6. Elapso nupero die dominico (6) in via Appia (2) Titius (3) cum multis fociis larvatis (1) occidit (2) Sempronium (5) perfide & nequiter (4) gladio & sclopetis (8) solo pecuniæ ejus desiderio incitatus. Ille modus est simplicissimus narrationis historicæ, quæ tamen perfecta est, quoniam omnes circumstantias continet atq; ideò *relationum scriptoribus* conveniens, qui breviter & sine studio partium factum narrent. Verùm si his adjunxeris alias duas circumstantias, *quale & quantum*, prolixior aliquantulum erit, & aures magis implebit narratiunculâ, hoc modo : Elapso die dominico (9) die scilicet sacris meditationibus destinato, in via Appia Titius (9) homo crudelissimus (10) multis cum sceleratis sicariis occidit (9) bonum Sempronium, perfidè plane telis & sclopetis ob (9) avaritiam & (10) immensam pecuniæ ejus cupiditatem.

§. 7. Ex octo his circumstantiis, prætereà id commodi habere potes, ut tot vias habeas, quot circumstantias pro *narrationis initio faciendò*: Solemus enim sæpè animo fluctuare & incerti esse, quid primo loco ponendum nobis sit. Ita ex prima circumstantia, ex actione, ita incipere potes: Occisus est die dominico elapso in viâ Appia bonus Sempronius à Titio : ex secunda cir-

cir-

circumstantia, personæ scilicet, ita : bonus Sempronius elapso die Dominico in via Appia occisus est à Titio. ex tertia circumstantia: non sine multis sicariis Titius &c. occidit. è quarta circumstantia ita: evaginato gladio & sclopetis displotis aggressus est Sempronium Titius: è circumstantia quinta: Proditorio planè animo & multorum sicariorum ope Titius &c. è sexta circumstantia; in ipsa via Appia &c. è septima circumstantia: Dies festus erat, cum in via Appia &c. Hac circumstantia plerunque ordiri solent Poëtæ narrationes suas; ex oçtava circumstantia: Auri sacra fames Titium adegit. &c.

§. 8. *Secundus narrandi modus* magis diffusus est, & discursui vel dissertationi similior. Atque hîc unus periodus in plures debet dividi, & quælibet periodus debet dilatari specialioribus circumstantiis, fortè ita, e. g. Elapso nuper die dominico, qui dies sacris destinatus erat, immane & execrabile facinus admissum fuit. Bonus ille noster Sempronius, cùm inter faceret per viam Appiam cum duobus servis, ex improviseo invasus fuit à crudelissimo Titio ex insidiis ipsum petente; atque ille proditorio planè animo, cùm se è latebris suis proriperet, adjutus à scelestissimis sicariis; hominem circumvenit, in terram prostravit secumque in speluncam traxit. Quid faceret miser homo? an supplex fieret immani bestię, derelictus prætereà è servis, qui primo statim assultu auffugerant. Irruebant in illum evaginati gladii, displodebantur sclopetata, ut ita morte miserabili vitam finiret. Id verò magis

horribile & indignum dictum est, non odio privato ductum, non laudabili aliqua vindicta ex offensa stimulum perpetrâsse hoc scelus Titium; verum illa auri fitis fitim in illo sanguinis accendit, ut auro & sanguine efferatae suae cupiditati satisfaceret, atque vilissimâ praeda patriam & familiam tam præclaro ornamento spoliaret. Videre licet ex hac circumductione circumstantiarum minutiorum, quomodo *amplificari narratio* aliqua possit. Est verò hæc narratio simplex: quod si illa pluribus membris constet, atque composita sit, resolvi hæc composita narratio in narrationes multas simplices potest, atque ita quævis narratio simplex suis locis repetitis amplificari.

§. 9. Hujus rei experimenta non possunt facilius institui, quàm si in manus sumamus historiam aliquam communem & omnibus notam, & à pluribus Autoribus tractatam, tum videbimus, quid ab ingenio cujusque in historia aptè efferenda tentatum sit: Hanc historiam examinemus secundum hæc loca, & videamus, quomodo illa à diversis Autoribus ornata sit. Sit, e. g. *historia de origine Romæ*; invenitur illa apud *Justinum* lib. XLIII. c. 2. *Flor.* lib. I. cap. I. *Livius*, ut solet, lib. I. cap. IV. *diffusiore stylo* illam profectus est. *Ovid.* libr. II. *Fastorum.* 20 distichis expolitæ narrationis specimen exhibuit: nam, enthymemata varia addidit & figuras Poëticas quibus mirificè rem illam ornavit. Idem lib. III. *Fastor.* narrationem hanc brevius contraxit. Si singula inter se conferantur, videbimus gratam
illam

illam in circumstantiarum diductione varietatem variis enthymematibus & figuris auctam. Nam cum illa adduntur, narratio aliqua præter simplicem illam dilatationem è circumstantiis aliquid assumit è genere vel demonstrativo vel deliberativo vel judiciali; quæ si omnia, ut fieri quidem potest, secundum omnes partes diducantur, vel una narratio sufficere potest toti libro explendo, e. g. poëmati vel commœdiæ: quæ enim interjiciuntur descriptiones, prosopopœiæ, digressiones, fermocinationes, orationes & figuræ multæ aliæ vel Rhetoricæ vel poëticæ, ex extra rem ipsam consistunt, & ornatûs gratia adsciscuntur. Atque hæc est actionis illa unitas, quæ & in *Comœdia* & in *poëmate epico* spectanda est: Si enim actio, quæ describitur, non sit una, sed multiplex, vitiosum illud est. Certè narratio illa & *hystoria illa*, quam complexus est *Virgilius* lib. XII. *Æneid.* una hac periodo includit *Olaus Borrichius* in elegantissima *dissertatione de Poetis*: Vir nobilis (*Æneas*) post infelix patriæ urbis incendium cum aliquot civibus suis navigio in provinciam aliam à majoribus suis cultam (*Italiam*) cogitat: quò ubi post varios & graves terra marique labores perventum, hospitaliter excipitur à Domino provinciæ (*Latino*) ejusque filiam (*Laviniam*) ducere parat uxorem; quod cum ægrè ferret alius Princeps juvenis (*Turnus*) cui filia jam antè amata & à matre promissa, exoritur funestum bellum, in quo tandem exul ille (*Æneas*) rivalem trucidat.

§. 10. Atque hæc de amplificatione alicujus facti. Sequitur nunc amplificatio *thematicis* integri, cujus exemplum nunc quidem non dabimus, quoniam ab aliis Autoribus egregia istius rei specimina jamtùm data sunt. Legatur *Marsen. in palestra orat.* & quidem sub initium, ubi per singula loca deducit rem unam. *De ebrietate* ibi thema proponit. Aliud elegans thema *de Sobrietate* proposuit *Petrus Molinaus* Logico-
rum lib. 2. cap. 17. circa fin. quorsum Auditores remittimus.

CAP. V.

De

Prædicamentorum usu in
amplificando.

§. 1.

UT loci *Dialectici* ad amplificationem faciunt; ita & loci *categoriales*; E loci quidem *categoriales* seu *prædicamentales* majorem nonnunquam usum habent, quòd prædicamenta, si per classes suas deducantur, majorem rerum sylvam subministrare possint. Quem in finem *index categoriales*, talis scilicet, qui classes rerum benè dispositas habeat, magni usus esset. Viderunt hæc jam pridem alii, qui pro amplificanda oratione tale consilium suppeditârunt. Ipse *Aristoteles* libr. II. *Rhetoric.* cap. 7. §. II. tale consilium subministravit: in amplificanda aliqua re (*ita enim ille*) perlustranda, animo sunt omnes categoriæ. Agit ibi A.
ri-

ri-

ristot. de amplificatione beneficii, atque subin-
 nuit, è *categoriais* posse beneficium aliquod, inpri-
 mis è prædicamentis quantitatis & qualitatis,
 longiùs deduci. Idem consilium arripuit *Wil-*
lichius in lib. de rerum & verborum copia cap. 7. ubi
 exemplis ostendit, quomodo verba & affectio-
 nes verborum *secundum prædicamenta* disponi
 possint. Id ostendit Ille exemplo vocum, Vestis,
 togæ, horti, vineæ; ita enim judicat ille: Stu-
 diosi adolescentuli vel in dicendo vel in scriben-
 do, cum usus poscit, locos suos in manibus te-
 neant, quos ex prædicamentis certius petent,
 quàm aliunde, cum sint omnium rerum & vo-
 cabulorum, quæ istarum signa sunt, veluti
 promptuaria, & certa spacia sic designent, ut
 sub singulis plerisque locis justum intervallum
 interesset; Illum deinde servare ordinem ju-
 bet: *Primò* adsit ejus nativa significatio seorsim
 posita, *deinde* formulæ dicendi substituuntur eâ
 diligentia, ut verba nunc cum nominibus con-
 structa puris, nunc cum impuris, h. e. quibus
 præpositio aut adverbium aut dictio una aliqua
 accessit, integrè subnotentur juxta cum Auto-
 ris libro, pagina, & interdum versu. *Postea*
 idem faciendum esse ait in translata signifi-
 catione, & hanc subinde variare nemo addubita-
 bit. Utrobique autem derivata & composita
 juxta cum agnatis & synonymis adscribenda
 sunt: subjicit deinde exemplum talium locorum
 è prædicamento substantiæ, ad quorum imita-
 tionem alii concinnari possunt. Idem consi-
 lium jam ante quoque probaverat *Sturmius in*
libro

libro suo de latina lingua resolvendæ ratione, pag. 8. Atque hæc omninò methodus illa est, quam se invenisse gloriatur *Eman. Thesaurus* in libr. italiana lingua scripto, de ingeniosa eloquentia, cujus beneficio ille eruere docet argutias omnium generum, quod sane feliciter succedit: cum enim pleræque argutiæ fundentur in aliqua translatione, translata autem fundamentum habeant in loco aliquo prædicamentali sui generis; translatorum enim classes series prædicamentalis constituit: ita similiter in omni amplificatione utiliter *talis index* adhibetur. Si enim descripturus es rem magnam, parvam, &c. omnium illarum substantiarum, quæ parvæ & magnæ sunt, quidam inter se analogismus est, ut ex iis, prout commodum erit, aliqua prædicata concinnentur. Sed ille usus prædicamentorum specialissimus est. Nos in generali jam subsistemus, & monstrabimus, quomodo una aliqua res beneficio singulorum prædicamentorum describi possit atque amplificari.

§. 2. E. g. descripturus *Elephantum*, efformat ibi sylvam aliquam notionum secundum seriem categoriarum. Primum prædicamentum est *Substantia*. Quantum ad nomen, illud à Græcis vocatur *ἔλεφας*, quod significat *magnum*; à Latinis *Barrus*, à *barritu* ita dictus, fremitu scilicet illo, quem edit. Est fera sylvestris, sed penè ingenii humani particeps; unde vocari potest monstrum naturæ. Sub prædicamento *qualitatis* hæc colliges: In India albus est, in Mau-

Mau-

Mauritania niger, genti suæ scilicet concolor: cutem habet asperam & pilis vacuum, sed adeò duram, ut telo non sit penetrabilis: sonum edit adeò ferum, & odorem tam tetrum, quem equi fugiunt; formam bovis habet, sed sine cauda: cornu longissimum in ore habet, crura instar columnarum rigida, pedes quasi digitis distinctos, caput monstrosum habet, aures maximas, oculos minutos, quos nasus discriminat instar longæ ac flectuosæ tubæ, qua respirat, militat, bibit & omnia, quæ porriguntur, recipit: vastum os est, unde prodeunt dentes longissimi instar cornuum retorti, atque istud ebur est, unde artifices tot pretiosa conficiunt: ingeniosus est, docilis, obediens suis ductoribus, ita intelligat ut illorum sermonem, & characteres in pulvere scribat: est inter animalia fortissimum, sed tamen mansuetum, quando antem irritatur, ferocissimum. *Quantitas*: Maximum est inter quadrupedes, ita ut impleat domum suam, & in bello & castris animatum: partus est unicus, quoniam mater semel & unicum parit. *Relatio*: Quanquam est sylvestris naturæ, est tamen animal sociale, tenerrimè amat socios suos, grandiosem natu pro duce veneratur: amicus est animalibus minutis & innocentibus, inimicus immundis & sordidis. *Actio*: Servit hominibus tam in pace, quàm in bello, & propugnaculum est & propugnator, panno rubro irritatur ad ferociam: pugnat dentibus, proboscide & tota corporis mole, frangit arma, rumpit acies, equos fremitu & odore turbat, ne solus militet,

nari-

naribus, auribus & dorso milites portat, turrem munitam vehens. *Passio*: Etsi cutis ejus ferrea ferro resistat, sub ventre tamen tenerrimam, habet, qua vel pugioni transitus datur lethalis; sed cadens mole sua opprimit interfectores suos: ut ut animosus, metuit tamen murem; etiam serpentem infestum habet, qui auribus se circumponens sanguinem exfugit. *Situs*: seu vigilet seu dormiat, semper stat erectus in pedes; cum dormit, ad arborem se reclinat, quâ resectâ à venatoribus ita cadit, ut cum resurgere non possit, capiatur. *Tempus*: Decem annis in utero materno efformatur antequam in lucem veniat, sed vivit tria secula. *Locus*: Nascitur in Africa inter Mauritanos, in Asia apud Indos, gaudet sylvis & fluminibus limpidis, quibus frequenter lavatur, cœlum semper intuens; tardus est & lentus; sed in furias conjectus, ferocissimus & velocissimus, etsi tanti ponderis sit, funambuli tamen partes aliquando egit. *Habitus*: Quanquam nudus sit, ut populi, apud quos nascitur, gaudet tamen phaleris aureis & argenteis.

§. 3. Res infinita esset, una in descriptione exprimere omnia illa specialissima singulorum prædicamentorum. Quare oportet delictum instituere, ac primum ponere conceptus illos, qui ingeniosæ applicationis capaces sunt, & deinde ordinatè illos ponere & cum judicio. Ita facillimum erit è proposito exemplo *historicam descriptionem* hujus animalis instituere; quam si illustrare volueris luminibus quibusdam

dam Rhetoricis, eadem sylva prædicamentali uti potes, neque opus habes, ut te adstringas ad numerum vel ordinem Aristotelicum, locos opportunos inspergendo, e. g.

§. 4. Magna monstrorum officina est Africa, in eorum procreatione ingeniosa: majora sunt illic ostenta, quò magis illa novitate & varietate conspiciuntur. Maximum inter illa est *elephas*, *moles animata*, *animalium princeps*. Magis mirabilis est ejus forma, cum monstrositatem cum majestate conjunxit, ut dubites, an miraculum vocari debeat, an monstrum. Corpus habet bovi simile, cornua in ore, manus pro pedibus, aures magnas, oculos parvos & tamen perspicacissimos, quos dividit continua una & flexuosa proboscis, quæ infervit pro naribus ad respirandum, pro manu ad capiendum, pro patina ad bibendum, pro gladio ad pugnandum, pro tuba ad victoriam declarandam. Sed longè majus miraculum est, quòd in fera sylvestri habitat quasi animus ratione præditus. Res sanè rara: *magnum corpus magno ingenio junctum*: ille menor est præteriti & providus futuri, disciplinæ capax est, cum omnibus artificibus *communem habens magistram, famam*. Cum magno corpore jungit magnas virtutes. Fera sylvestris est, sed socialis; maximus est in animantium genere, sed mansuetus, fera magnanimæ indolis: sed provocatus ostendit, quàm sit ferox mansueti ira: tenerrimò amat prolem, summa fide socium: præ cæteris solus odit venerem vagam, cœlibatum præferens adul-

adulterio; ac fortassis eam ob causam animalia, immunda abominantur. Unum peperit mater magno conatu, sed peperit elephantum. Magnæ res sunt singulares, non numerantur, sed æstimantur: decem annis includitur utero materno, sed ecce tandem elephas! qui hoc cum Nestore commune habet, ut vivat tria secula. Lentè crescit, quod durat: una nocte nascitur fungus, sed cum die exspirat. Rex est animalium; sed servus hominum: Illis tergum submittit, nec frenum dedignatur. Regibus se insideri gaudet, & phaleris aureis argenteisque ornari, ut solent aulici, qui catenis aureis, servitutis suæ instrumentis, superbiunt. Cum bovem se esse recordetur, sed nobilem, jugum aliquando subit; sed tamen & currus triumphales Pompeji trahit, qui & ipse magnus vocatus est; non enim nisi magno hanc operam præstare voluit: sed militis officium in bello feliciter explet, quàm bovis in pace. Ille ut turris carnea super humeris portans turrinam ferream munitam militibus, campum ingreditur, seque ipso ornatus suam cutem pro impenetrabili lorica habens tela omnia contemnit, velut animata aliqua rupes: ad speciem panni rubri, colore sanguineo tincti, sanguinem humanum sive incipit, & Martio furore incitatus aciem intrat: odore equos reddit attonitos, equites probo scinde flagellat, arma dentibus infringit; Solus pro tuba servit, pro milite, pro castello, sique fortassis occidatur, non moritur inultus: namque ad casum & ruinam incitatus multos secum in eandem stragem trahit,

ma.


maiores inferens cadendo cladem, quam pugando. Quis vero diceret, maximum quadrupedum in terrorem conjici à minimo; quod elephas ad conspectum muris in fugam se conjiciat; Ille genius hominum est, atque ita divina providentia ordinavit, ut fortissimus in minimis terroribus agitetur, suaque imaginatione atteratur & conficiatur. Idem etiam in serpente hostem infensum habet, qui se collo circumvolvens machinam tantam pro lubitu circumagitur; nam instar monilis cervicem complectitur, venenum (*adulatoris symbolum*) mortifero ictu per aures incusso occidit. Nulla scilicet res, utut maxima est, inexpugnabilis: omnis vis magna debilitatem suam secum trahit.

CAP. VI.

De

Inartificialibus orationem
amplificandi modis.

§. 1.

 Idimus hætenus varios orationis amplificandæ modos & fontes, quos *loci Dialectici* suppeditant, atque illi *artificiales* sunt, suaque ratione naturali constant. Com-
menti sunt alii alios quosdam modos orationis amplificandæ, eosque commendârunt tanquam *extemporales*, quorum usus semper esse possit sine morosa aliqua meditatione, cum deliberandi
L tem-

tempus non est. Verùm omnes illi modi, quotquot sunt, suam tamen originem in generalibus illis Dialecticis locis habent, & ideò fortassis à nonnullis præferuntur, quòd ad quamlibet cogitationem parata sint.

§. 2. Præscripsit *Franciscus Pomey*, è Societat. Jesu, aliquos tales modos, qui non ad amplificandum tantùm, sed *ad argumenta inveniendâ* conducunt, quorum *unus* procedit per nomina adjectiva, quem ille modum à nemine hætenus indicatum putat; in quo tamen ille falsus est: Nam & ante ipsum fuère, qui tale aliquid traderunt; cùm nihil sit, quod in disputationem cadat, quod non bonum vel malum haberi possit, atque ideò vel laude dignum censeatur, vel vituperationi obnoxium. Jubet in promptu habere adjectiva nomina, quæ vel laudem vel vituperium inferunt. Si itaque thema amplificandum proponatur, singula perspicere jubet adjectiva, atque inde extrahere argumenta amplificantia. Congessit itaque *indicem adjectivorum* laudantium & vituperantium: illis addit substantiva laudantia & vituperantia; nam ex iis peti possunt per quandam translationem, quæ spectant ad laudem vel amplificationem alicujus rei. *Judices illi* apud *Autorem* legantur unâ cum exemplis. Adjicit quoque adjectiva & substantiva communia, quæ nec laudem nec vituperium continent, sed medio modo se habent, atque ex iis amplificationes tam in laudem quàm in vituperium desumit. Idem *Autor* alia circulatoria inventa pro amplificanda oratione suppeditat; nam

nam ex iis, quæ sub oculos cadunt, *argumenta amplificatoria* deducere docet: Neque differt ille modus à priori; idem enim est, an è Lexico notentur voces, an illæ mihi se ultrò offerant. Nimirum quemadmodum illa, quæ in quæstionem cadunt, vel laudem vel vituperium continent vel aliquid indifferens; ita etiam hîc omnia illa, quæ cogitari possunt & animo observari, ad aliquam earum rerum classem pertinent. Monet itaque *Rbetor noster circumspectus*, circumferendos esse oculos, & omnia intuenda, ac sponforem se præstat, nihil fore, ex quo argumenta deducere statim non possis, sine ulla prorsus mentis contentione. *Exemplum* ejus rei profert, *laudaturus doctrinam, vituperaturus ignorantiam*, seu in rure sis seu domi, vide, quæ circum te sint; si domi es, circum te sunt gradus, janua, mensa, abacus, aulæa, sedilia, lectus, tabulæ, candelabra, speculum, fenestræ &c. ex omnibus scilicet argumenta peti posse dicit *noster pantemimus*. *Primum est gradus*; huic subjicit: illâ doctrinæ operâ quibusdam quasi gradibus ad culmen honoris pervenitur; ignorantia suos etiam habet gradus, quibus devolvitur homo ad infimam conditionem mortalium. *Alterum, Janua*: doctrina virtuti januam patefacit, ignorantia vitiis aditum præbet. *Mensa*. Doctrina mensam instruit cognitione rerum præclarissimarum, quibus tanquam cibus exquisitissimis animus reficitur; ignorantia verò, ceu fame acerbissima, laborat humana mens. *Atque sic procedit in cæteris*. Hactenus intra parietes substitit orator

noster, vereor, ne aliquando exeat domo sua, & in lutum & cloacam deducat; imò egreditur, domo & rus petit, *ruflicanis* etiam *inventionibus* suam ornaturus eloquentiam: circumspicit, igitur omnia, cœlum, solem, montes, campos, vias, prata, arbores, flores &c. Hic statim illi sub oculis & manu nascuntur ista: doctrina illustratur hominis animus, ut sideribus cœlum; ignorantia atras menti nubes obducit. Doctrina hoc mentibus est, quod Sol est oculis; utque mundus inter adspectabilia vitæ ac mentis expertia nihil habet Sole seu ad speciem clarius seu ad dignitatem præstantius, seu ad utilitatem melius: sic inter universa, quæcunque non modò sub oculos, sed etiam sub cogitationes cadunt, obtinet doctrina principatum.

§. 3. Hujus hominis invento subjungi etiam illud potest, quod aliquibus in more positum esse novi, ut si orationis verba animo excidant, *talem amplificandi modum* usurpent. Nimirum semper respiciunt ad ultima vel nomina vel verba, in quibus periodus præcedens definit. Quoniam itaque verba talia vel sunt specialia vel generalia, vel partem aliquam vel totum inferunt, aut certè ad subjectum vel adjunctum pertinent, semper periodo illi subjicit sententias orator, quæ ex illo verbo ultimo quasi protendi possunt, quâ in re adeò sagaces nonnullos novi, ut sine hæsitatione sermonis illas lacinias sibi utcunque cohærentes expeditè texant, atque adeò auditoribus non omninò nasutis imponant.

§. 4.

§. 4. Est & alius quidam, *Janus Cecilius Frey, Gallus*, qui librum scripsit magnifici tituli: *Via ad scientias, linguas, sermones extemperaneos, nova & expeditissima*. Magnam hinc rem agi credas, nam dignum aliquid hujus promissionis hiatu expectes: nam & ille cap. 9. concionari imparatum docet, cui rei ille mirificum modum præscribit, quem vide apud illum cap. IX. Huic penè similis videtur *alter ille modus*, quo orationem secundum ductum alicujus versus memorialis concipere jubet atque memoriæ imprimere, cap. 1. istius libri, e. g. jubet, ut quis orationem dominicam sibi præfigat, vel illum Virgilianum versum: *arma virumque cano &c.* & singulas periodos secundum singulas voces incipiat, ut primæ periodi vox sit *pater*, secundæ periodi prima vox sit *noster*, & deinceps. Hac ratione putat non solum amplificari orationem posse, sed & *memoria imprimi*. Ipsum orationis exemplum illic videatur.

§. 5. Simile quoque *circumlatorium inventum* est illud *Francisci Pomey*, quo amplificare jubet per omnia tempora verborum. Equidem non adeò ineptum illud videri poterat, cum jam tum Quintilianus aliique Rhetores præscripserint istum variandi modum per casus nominum. Esset itaque aliquis in varianda oratione ejusmodi usus, in amplificanda verò longius petitus videtur, & quodammodo inartificialis: Sola enim temporum diversitas non multum facit ad amplificationem rei. Ille tamen ejus exemplum proponit *in novo suo Candid. Rhetor. progymn. VI.*

pag. 373. seqq. verum nihil novi hic docetur. Nam amplificationes sunt vel synonymicæ vel ex aliquo loco dialectico petuntur, adjuncto scilicet temporis, vel denique ex aliqua figura sententiæ. Nam modi illi verborum præsupponunt aliquam sententiæ figuram, ut conjunctivus præsupponit votum vel optionem, & reliqua tempora aliam figuram, communicationem, concessionem, interrogationem, quales amplificationes rectius è suis figuris petentur, quàm modo tam indirecto & obliquo. Reliqua, quæ apud *Autorem illum* occurrunt exempla, è locis dialecticis desumpta, sic satis bona sunt, neque inepto omnino stylo exhibita: ac sanè operæ pretium est, diligenter talia notare exempla, imprimis è probatis Autoribus, antiquis præcipuè, *Cicerone & Demosthene*: ex iis enim præcipuè discemus, quis modus sit in rebus tenendus, quo loco tales amplificationes adhibitæ. Nam & hîc obtinet illud vulgatum: ne quid nimis! Inveniuntur talia *collectanea* non pauca apud *Causinum in eloquentia sua sacra & profana*, virum sanè doctum, & qui optimè genium orationis discernit. Instituit & *Melchior de la Cerda* talia *collectanea* in libro suo, quem inscribit *Campum eloquentiæ*; verum ille promiscuè omnia corradit ex Autoribus tam veteribus, quàm recentioribus, sine delectu, ordine & iudicio. Congessit quoque *Laurent. le Brun* in *Eloquentia sua Poëtica* amplificationes, quæ apud Poëtas inveniuntur, quales pleræque ab adjunctis sunt petitæ; & his amplificationum tum præceptis tum exemplis totum librum quintum elo-

elo-

eloquentiæ suæ Poëticæ insumit, omnia probans exemplis è veteribus & recentioribus Poëtis desumptis. Illud verò in eo improbo, quòd exemplis autoritatem non addiderit; nullum enim autorem nominat. Est sanè *Autor ille* aliquo modo confusior: nam etsi non spernenda & exempla & præcepta congerit, tamen non ordine illo procedit, quo *Causinus*, &, ut mihi quidem videtur, varias è variis Scriptoribus lacinias con-
fuit. Quàm ob causam etiam nomina Autorum omisit in exemplis, ut fortè quis ab ipso crederet profectum, quod aliis debetur. In parte secunda Eloquentiæ poëticæ locos communes proponit, ubi itidem varia congerit exempla amplificationum è locis dialecticis tam solitariis, quàm conglobatis desumpta.

CAP. VII.

De

Amplificatione per figuras
Rhetoricas.

§. I.

Figura Rhetorica rectum orationis sensum & obliquum deflectunt, & ex obliquitate illa oritur amplitudo quædam orationis. Nam cum e. g. oratio directa vel potius enunciatio brevibus absolvitur verbis, illa per enunciationis figuras, præcipuè sententiarum & affectuum nova quasi reflexione mentis addita, novisque animi conceptibus dilatatur, ut per

L4

III.

interrogationem, exclamationem, dubitationem, concessionem, &c.

§. 2. Figurarum illarum à Rhetoribus non usque adeò *certus numerus* positus est, quin plures illis possint addi. Quare omnium Rhetorum tam antiquorum, quam recentiorum hac in parte variat doctrina. Multi enim figuras alio nomine appellant, & nova ipsis nomina imponunt: multi novas adjiciunt; imò sunt, qui eas infinitas esse statuunt, quorum tamen sententiam non probo: nam prout animi apprehensio variis modis se exserit, ita quoque figuræ, quando animus cognoscit, dubitat, admiratur, ratiocinatur &c. omnes illæ reflexiones animi circa res suas pariunt figuras; ut ita credam, *figuras quàm optimè dispesci, si secundum facultates animi illarum divisio instituat*. Verum nemo est, qui hæctenus accuratam illi rei operam impendit. Antiqui confusè admodum eam rem tractant; *Aristoteles* illam doctrinam planè omisit: E recentioribus *Franciscus Robortellus* in libro de *Artificio dicendi*, parallelismum quendam instituit inter Autores veteres & recentiores, qui *de figuris* scripsere: ordinem quoque novum invenit, verum qui non ex omni parte satisfacit. *Johannes Benzius, Argentoratensis*, singularem quoque *de figuris* librum scripsit, quo quàm plenissimè ex omnibus Autoribus figurarum instituit rationes. Satis quidem ille diligens est in definitionibus figurarum ponendis, deinde in dividendis singulis figuris, prout alia aliave ratione novam induere formam videntur, quæ tamen non essentialis,

lis,

lis, sed accidentalis est, scilicet pro varia applicatione aut verborum vel singulorum vel plurium, vel enunciationum respectu. Adjicit quoque usum earum in variis orationis partibus; Sed & ille non videtur satis accurate incedere, quod methodum & seriem figurarum spectat. *Alstedius* quoque diligens est in figurarum exemplis coacervandis, tam ex Codice sacro, quam ex Oratoribus atque Poëtis: Sed nec hinc præcepta illa & regulæ omni ex parte mihi satisfaciunt.

§. 3. *Figura orationis solent tripliciter dividi: Sunt vel dictionis vel sententiarum vel patheticæ. Figura dictionis* cum nimium quæsitæ elegantiae habere videantur, non adeo frequentanda sunt in oratione, neque ita per se solitariè ponuntur, sed plerunque figuris sententiarum immiseri solent, vel figuris etiam patheticis subjici. Nam ex vehementia affectuum quædam figuræ dictionis multiplicari solent, & figuræ sententiarum certas quasdam dictionis figuras sibi adfociant.

§. 4. *Figura sententiarum cognationem cum locis dialecticis habent: Loci enim Dialectici cum habeant argumenta rerum atque ea ostendant, quæ rebus vel insint vel adsint; figuræ sententiarum verò argumenta interiora ulterius dilatent, e.g. ἰσορροπία definitionem & descriptionem, μορίσμος seu distributio locum generis & speciei, enumeratio partium locum totius & partis. Hæ sibi benè subordinantur mutuasque tradunt operas.*

§. 5. Quoniam itaque figurarum necessarius usus est, reperti sunt, qui enunciationes simplices per omnes figuras deducere docuerunt, idque multis exemplis ostenderunt, ut facit *Scbollius in praxi sua Rhetorica*, qui modus licet improbetur *Job. Ludovico Praschio in Roseto suo, seu in præceptis styli*, putârim tamen ego, non omninò esse rejiciendum, sed cum discrimine & iudicio usurpandum. Non conveniunt omnibus sententiis figuræ; quare modus in illa re tenendus est, & illæ tantùm seligendæ, quæ sententiæ certæ conveniunt; *figure* quoque *patheticæ* non omni loco conveniunt: ubi enim simplex est enunciatio, quæ aliquam fortè doctrinam continet, quomodo ad illam pertinebunt figuræ affectuosæ, nisi sententiæ status immutetur, atque eo loco ponatur, ubi affectu opus est ad adversarios refutandos. Præterea cùm dissimilis naturæ sint affectus, & proinde etiam figuræ, quarum singulæ suis affectibus subordinantur, nisi fortè quædam sint generales, ad omnes affectus indistinctè pertinentes, non possunt eadem figuræ imò singulæ omnibus sententiis, quibus non omnes affectus simul competere possunt, applicari.

§. 6. Etsi *figure sententiæ* præ cæteris ad amplificationem faciunt, est tamen & aliis locus, ideòque & de tropis & de figuris omnium generum amplificationes peti possunt. Hujus ut exemplam ob oculos ponamus, placuit, *Germanicæ lingua* thema aliquod ecclesiasticum proponere; Illud sit: *Deus nos afficit magnis beneficiis.*

Metæ

Metaphora à variis rebus, elementis, animantis & inanimantis, &c. GOTT ist der Brunn / der tausend Quellen seiner Güte täglich / ja stündlich ergießet ; Wir werden truncken von den reichen Gütern seines Hauses / Wir werden geträncket mit Wollust / als mit einem Strohm / dann in Ihm ist die lebendige Quelle / und der Brunn des Lebens für die Sterblichen. Sehet uns das Wasser der Trübsal bis an die Gurgel / so kan dieser Brunn des Lebens das bittere Todtes Wasser versüßen. Aus dem Paradies giengen nur vier Ströhme auf den ganzen Erdboden ; Von Ihm gehen unzählbare Ströhme sichtbarer und unsichtbarer Wolthaten / Ja es ist ein unergründliches Meer / eine Tieffe des Reichthums / die unerforschlich ist ; Wie unersättlich auch unsere Begierde / wie leer unsere Dürfftigkeit ist ; Eine Tieffe / die alle Höhen übertrifft / in welcher aller Himmel Himmel ihr Wesen eingewurkelt / aus welcher alles / was auf Erden ist und lebet / seinen Fortgang hat. Wir sind ein mageres dürstiges Erdreich. Denn wir sind aus Staub und Aschen gemacht. Gottes Wolthaten tröpfeln auf uns / wie auf einen ausgehägten Acker / er giebt uns Frühe- und Spat. Regen / das ist / tägliche Wolthat. Von Ihme tragen wir Früchte ; Vergehen wir in unsern Trübsals-Wellen / hie ist die Sonne / die Nebel und Winde dämpfet / und die ihr Licht in unser Finsternuß scheinen läffet. Wir sind ein unordentliches Wesen / ein Chaos ! GOTT schafft an uns / daß wir etwas seyn / da wir nichts seyn. Er spricht nu : Es werde ! So gehet das Licht auf von seinem Licht / da
wei

weicht die Finsterstnüz alles Unverstandes und aller
 Bosheit / und gehet uns auf ein Licht der Weiß-
 heit und Gerechtigkeit. Sein heiliges Feuer ent-
 zündet unsere Süncklein / daß sie zu seiner und unsers
 Nächsten Liebe brennen / da fangen in uns / als in
 der Kleinen Welt / an die Sterne / als Lichter in sei-
 nem Lichte / ich meyne / so viel schöne Gaben zu leuch-
 ten / die Er in uns angezündet. Gott ist die feuri-
 ge Mauer / unter welcher Schutz wir für der Macht
 der Finsterniß geschüzet seyn. Er ist das Horn un-
 sers Heyls / Er ist der hohe Thurm / auf welchem
 wir sicher stehen / Er ist der Fels unser Zuflucht / Er
 trägt uns / wie in der Mutter / und in Ihm leben /
 weben und sind wir. Wir haben alles von Ihm /
 der alles ist in allem.

Metonym. efficientis : Wo sind nicht die
 Wolthaten Gottes ausgestreuet? und wo finden
 wir Gott nicht? Wir sehen Ihn stündlich vor uns :
 alle Welt und die ganze Natur ist sein Spiegel :
 Wir sehen es / wir begreifen es / wir schmecken es /
 wie freundlich der Herr ist. Wir sehen Ihn ; denn
 es ist uns erschienen die heilsame Gnade Gottes.
 Wir sehen Ihn ; denn die Leuchte des Herrn ist in
 uns aufgesteckt. Wir begreifen und fühlen Ihn ;
 denn seine Wolthaten liegen uns nicht allein unter
 den Händen / sondern auch unter denen Füßen. So
 oft wir uns regen / begreifen wir Ihn ; denn in
 Ihm und durch Ihn regen wir uns ; Wir hören
 Ihn / denn die Himmel erzehlen die Wolthaten Got-
 tes / und durch sein Wort sind wir / was wir seyn.
 Wir schmecken Ihn ; denn Er ist das Brod des Le-
 bens / das vom Himmel kommen ist.

Me-

Metonym. effectus: Wir sind von Gott mit Freuden erfüllet / als wenn man sich freuet in der Erndte / und wenn man Beuthe austheilet.

Metonym. Subjecti: Der Himmel selbst steigt auf die Erde / und aus der Höhe trüeffen seine Wohlthaten über die / die auf Erden wohnen.

Met. Adjuncti: Die Macht des Himmels hebet auf unsere Niedrigkeit / und unterhält unsere Schwachheit mit unzehlichen Wohlthaten.

Temporis: Was ist unser Leben? Ein Augenblick / eine Nacht-Wache / ein Schatte / und dennoch hält es Gott viel höher / als grosse Jahrschaaren. Himmel und Erden / wie alt sie auch seyn / wie lange sie auch daurem / so genieffen sie doch solche Vorsorge nicht / als ein Mensch vom Weibe gebohren / und dessen Zeit dahin fährt / wie ein Schatten und Traum / wie ein fließendes Wasser; denn diese vergehen / und des Menschen Seele ererbet die Ewigkeit.

Materia: Gott hat Asche und Staub über alle Creaturen / ja über die Engel / erhoben.

Forma: Die Göttliche Allmacht hat diesem kleinen Athem in uns die ewige Glückseligkeit erworben / und unser Vernunft alles unterworffen.

Finis: Gott hat seines Nahmens Ruhm unter uns ausgebreitet. Denn herrlich sind seine Werke und Wohlthaten.

Signi: Noch scheint das Denckmahl der Barmherzigkeit Gottes in den Wolcken / noch flieget die Taube über dem Wasser des Jordans.

Synecdoche generis: Gott hat durch sein Blut den vernünftigen Geschöpfen viele Wohlthaten erworben.

Spe-

Speciei: Was haben unsere Väter nicht für Wolthaten/was haben wir selber nicht von dem Geiste Gottes empfangen?

Ironia, Sarcasmus: Gehet nur hin / Ihr / die ihr hie auf Erden lebet / die ihr hie Fühle und Vernunft habet / gehet nur hin / und saget / daß euch von Gott keine Wolthaten wiederfahren. Sage du verfluchter Juda / und ihr verdammete Seelen! Ihr wollet Gott nicht gehorchen / weil er seine Gnade euch entzogen. Nun meyne ich / fühlet ihr / daß ihr seine Gnade verlanget. Wolte Er euch nicht / wie andere / mit Wolthaten überhäuffen / aber ihr wollet nicht. Gehet nur hin ihr Verfluchten / und leidet die rechtmäßige Straffe / die ihr dessen Wolthat nicht erkennen woltet / durch welchen ihr geschaffen / erlöset und zur Busse beruffen seyd. Lieget nun da / und weißet ewre Tapferkeit; Kostet nun das höllische Feuer / weil ihr das Liecht des Geistes Gottes euch nicht woltet erleuchten lassen.

Miseria: Gehet / was ist es wohl / das uns Gott nicht hat gegeben? Warumb hat er uns keine Hörner gegeben / damit wir uns wieder der Feinde Anlauff beschützen könten. Warumb hat Er uns keine Fenster an die Brust gesetzt / daß wir die Gedancken der Menschen sehen könten? Wie hat Er verhänget / daß Adam sundigen mußte? Warumb läßt Er uns darben / und die Gottlosen blühen? O ihr Thoren / wer hat des Herren Sinn erkennet / oder wer ist sein Rathgeber gewesen?

Atheismus: Wohlan dann / weil euch Gott nichts gerecht machen kan / So kommet dann / ihr Götter dieser Erden / die ihr hie / als in einem Himmel

melt

mel / wohnet ; Komt ihr / die ihr euch selbst zu Abgöttern macht / stelget Ihr in den Himmel und sehet zu / ob ihr was bessers machen könnet ?

Allegoria . vide supra metaphora , ubi meræ sunt allegoriæ.

Catachresis : GOTT überschwemmet uns mit dem Meer seiner Güte / Er überschüttet uns mit lauter Segen / Er misset uns zu nicht mit Maasen / sondern ganze Himmel voll Glückseligkeiten. Der Abgrund seiner Güte erfüllet uns / die Tiefe seines Reichthums gründet sich in uns : Unser nichts wird zu alles. Wir sind Würmer / und werden glückseliger als die Engel.

Figure dictionis. Ellipsis : Ist's möglich / daß auch Leute gefunden werden / die GOTT / der die Güte selbst ist / (Ich scheue es mehr zu sagen / als jene zu thun /) verachten / ja schänden und lästern. Die Zunge stammelt nur über solchen Bubenstück / und GOTT hat ihnen doch seine Gnade nicht versaget.

Asyndeta : Leben / Gesundheit / Glück / Reichthum / Wohlfahrt / alles haben wir von dem HERRN empfangen / und über dem / was alles übergeheth / das Erbe des ewigen Gutes.

Pleonasmus : An allen Ecken fühlen und greiffen wir die Wolthaten Gottes mit Händen ; Wie sehen sie mit unserm Augen ; die Erde ist voll der Güte des HERRN / und alles was auf Erden wohnet.

Polysyndeta : Ein schöner Leib / und eine schöne Seele / und GOTT in der Seele / und die Gaben Gottes / und alle Tugenden des Verstandes und des Willens / und alle leibliche Güter / und alle Glückseligkeiten / seyn lauter Gaben / die wir aus des
HERN

Herren Hand empfangen / und von ihm auf Rechnung nehmen / umb unsern Schatz zu vermehren.

Antanacclasis : Gott verfolget seine Wohlthaten in Belohnung der Frommen / und verfolget die Laster der Gottlosen / daß er sie straffe.

Ploce : Die Wohlthaten Gottes sind rechte Wohlthaten : Denn er hat alles wohlgemacht : da hingegen die Wohlthaten der Menschen Uebelthaten seyn / und die Tugenden zu Laster werden.

Synonymia : Gott überhäuffet / überschüttet / überwieget uns mit viel 1000. Gütern / Geschenken / Gaben / Wohlthaten und Herrlichkeiten.

Exergasia : Was hat uns Gott für Gaben ausgetheilet ? Was haben wir uns zu rühmen / das wir nicht von ihm haben ? Wo kan die Sonne hinscheinen / dahin nicht der Glantz seiner Güte sich erstrecke. Sie erstrecket sich / so weit sich die Erde ; Sie ergießet sich / so weit die Wassermogen gehen.

Anaphora : Was ist in Beförderung unser Seeligkeit wohl verabsäumet ? Gott hat uns geschaffen / da wir nichts waren. Gott hat uns geliebet / da wir seine Feinde waren. Gott hat uns durch seinen Sohn erlöset / da wir gefangen waren. Gott will uns von den Todten wieder erwecken. Wir klagen / daß wir elend und schwach seyn ; Gott ist der Helffer bey den Schwachen. Wir klagen / daß wir Trostloß seyn / Gott ist der Tröster in allen Nöthen. Wir klagen / daß wir verlassen seyn / Gott ist der Hüter in Israël / der zu unser Wohlfahrt wachet. Wir klagen / daß wir arm seyn / und Mangel leiden / Gott ist / der aus der Tieffe seines Reichthums und aus der Fülle diesen Mangel ersetzt.

Wir

Wir klagen/ daß wir von der Bosheit der Menschen geschlagen werden; Gottes Hand/die uns schläget/ kan uns auch heilen. Wir klagen/ daß wir allhie gecreuziget werden; Gott/der für uns gecreuziget/ wird uns mit ihm lassen aufferstehen. Wir klagen/ daß wir lauter Thränen-Brodte essen/ und im Wasser der Trübsal versincken; GOTT wird uns die Thränen aus den Augen wischen/ und bey dem Brunn des Lebens uns zur Weyde führen.

Epistrophe. Gott hat uns das Leben gegeben/ Er hat uns alles was zum Leben gehöret/ gegeben/ Er hat uns alles gegeben/ Er hat sich uns selbst/ und uns selbst uns selber gegeben.

Symploce. Uns Arme hat Gott reich gemacht/ uns Elenden hat Er geholffen/ uns Verlohrne hat Er erhalten: Denn wer ist unser Vater? GOTT. Wer ist unser Erlöser? Gott. Wer ist unser Helfer? Gott.

Epanalepsis: Aus blosser Gnade empfangen wir so viel Wolthaten/ und was wir seyn/ Komt aus blosser Gnaden. Von Gottes Gnaden entstehet die Gnade der Menschen/ die Götter seyn/ und uns ihre Gnade ertheilen/ Ja was wir seyn/ seyn wir alle von Gottes Gnade.

Anadiplosis: Gott überhäuffet uns täglich mit seinen Wolthaten. Wolthaten/ welche höher seyn/denn alle Vernunft. Gott das höchste Gut theilet uns mit von seinen Gütern/ welche überschwenglich grösser seyn/ als wir bitten oder verstehen. Gott der alles wohl gemacht/ der alles wolthat/ that auch uns wohl: Er that uns wohl/ weil
M wis

wir seine Kinder seyn; wol/ weil er unsere Wohlfahrt suchet.

Epanodos. Mit vielen und manchen Wohlthaten überhäuffet uns Gott; Wir aber begegnen Ihm mit lauter Ubelthaten. Er giebet uns sein Alles/ wir aber geben ihm wieder unser Nichts. Von Ihm/ in Ihm und durch Ihm ist alles/ was wir genießen; Von uns/ in uns und durch uns/ wird alles in lauter Eitelkeit verkehret.

Epizeuxis: Ihr/ ihr/ die ihr in Sünden gebohren seyd/ werdet in Gott wieder gebohren: Ihr/ Ihr/ die ihr euch täglich in der Sünden Unflath welschet / werdet doch durch das Blut Gottes gereinigt: Ihr/ Ihr/ die ihr nichts seyd/ als tode Hunde/ werdet doch würdig geachtet zu stehen für dem Könige der Ehren; Ihr/ Ihr/ die ihr geistlich arm seyd/ die Tiefe des Reichthums aus der Höhe wird euch erfüllen: Ihr/ Ihr/ seyd es/ die ihr Gott hasset/ und werdet doch von Ihm geliebet: Ihr/ Ihr seyd des ewigen Todes würdig/ und sehet/ ihr werdet leben.

Clima: Gott hat uns geliebet / ehe wir waren: außert halben ließ er Nichts zu Etwas werden/ aus diesem Etwas brachte er hervor die Erde/ aus der Erden ward gebildet ein Mensch/ aus dem Menschen ward ein Kind Gottes. O Welch ein grosser Wechsel! O Wohlthat über alle Wohlthat! nichts gewesen / und ein Bild Gottes zu werden.

Polyptoton: Der Geber aller Gaben / dessen Hand zu geben nie verfürget/ hat uns nicht allein alles gegeben / sondern auch dem/ der alles ist in allen / nemlich/ sich selbst gegeben. So sollen auch wir uns Ihm gänzlich ergeben. So gebet ihm denn euer
Hertz

Hertz / die ihr seine Kinder seyn wollet / und folget der Stimme der ewigen Weißheit / die da spricht : Mein Sohn / gieb mir dein Hertz !

Paragmenon : Gott hat uns alles gegeben / die Sünde vergeben / das Verlohrne wieder gegeben : warum wollen wir uns denn ihm nicht ergeben ?

Paronomasia. Gott hat uns mehr Wohlthaten gegeben / als wir begreifen können ; Er hat sich selbst uns gegeben / da Er seinen Sohn für uns in den Todt gab / auf daß wir lebeten / da er uns zu Versicherung seiner Gnade seinen Leib zu essen gegeben. Gott sey gelobet / der uns so geliebet / der uns so gelabet !

Homœoptoton. Gottes Barmherzigkeit ist / daß wir leben ; daß wir alles vollauff haben / macht Gottes Gütigkeit / seine Allmacht thut täglich bey uns Wunder / sein Reichthumb erfüllet alles.

Homœoteleton. Gott hat alles wolgemachet / Er hat uns aus nichts hervorgebracht : sein Liecht tilget unsere Sünden-Nacht : seine Vorsorge ist es / die über unsere Häupter wacht ; Wenn Teufel und Welt blizt und kracht.

Παρηχνοσις : Gottes Wohlthaten thaten sich auff / wie Himmel und Erde erschaffen.

Figuræ Sententiæ.

Occupatio. *Πρότασις* : Ich sehe / wie einige ihr Antlitz wieder den Himmel aufheben ; Ich höre / wie einige murren wieder den / der alles gemacht hats (*ὕμνοφορα*) Es sey mit ihnen übel verfahren / Gott habe sie verstoßen / Gott habe seine Ohren wieder

M 2.

sie

sie verstopffet seine Augen von ihnen gewendet / sein Vater-Hertz für ihnen verschlossen. (*Ratio*) weil sie in stetem Elend herum wandeln / weil Unglück auf sie von allen Seiten einschlage / dort ihnen ein Kind absterbet / dort ihre Güter zu Trümmern gehen / hier eine Feuersbrunst / dort eine Wasserfluth die liegende Gründe vertilge. (*αὐλησιότητος*) diese muß ich zu strafen mir die Kühnheit nehmen / und dieses Göttl. paradoxum lehren / (*ἀνθυποπόρα*) daß Creuz und Noth die besten Wolthaten Gottes seyn; Jeder Creuz-Becher und Kelch des Elendes ein Gesundheits-Trancß sey / (*Ratio*) denn es würden die Menschen leicht auf die Irrwege gehen / wenn sie nicht durch die Creuz-Ruthe / als durch einen Wegweiser / wieder auf den rechten Weg gebracht würden; Darinnen je mehr wir meynen / Gott sey in einen grausamen verwandelt / je mehr liebt er uns / und liegt unter dieser Larve das rechte Vater-Hertz verborgen. Seyn derowegen seiner Gnade nicht würdig / die wir hierunter seine Gnade nicht erkennen.

Obiectio: Gott hat uns unvollkommen erschaffen / sagt mancher / Er hat uns keine Hörner gegeben: aber Er hat uns die Vernunft und das grosse Werkzeug / die Hände / gegeben / mit welchen du dich mehr ernehren kanst / als die Ochsen mit den Hörnern / die Löwen mit den Klauen. Nichts ist / das dir fehlet / denn er hat dir mehr gegeben / als du köntest begehren.

Communicatio: Wolt ihr noch mehr von Gott begehren / ihr Menschen? Was wollet ihr / das ihr nicht habet? Wolt ihr Ehre? wer ist geehrter als die Kinder Gottes? Wolt ihr Reichthum; wel-

welches gut ist grösser und besser / als was ihr besitzet /
nehmlich Gott. Wolt ihr Gold und Silber? O
mehr als ein Heidnisch Mißtrauen! Wer seines ei-
genen Sohnes eurenthalben nicht verschonet / was
solte euch der versagen? was würdet ihr aber denn
sagen / wenn ihr geplaget würdet mit Hunger und
Elend; alles wol! meine Lieben / durch diesen Weg
gehet man zum Himmel; dieses ist der rechte Fuß-
steig dahin!

Confessio. Gott zuchtiget uns zwar / aber also
so / daß er nicht aufhöre gütig zu seyn; Er leget uns
zwar ein Kreuz auf / aber er leget Hand mit an / daß
es kan ertragen werden. Er schläet zwar; aber
er hasset nicht die Geschlagene; Er führet in die Hölle
/ aber auch wieder heraus; Nimmer gütiger und
gnädiger / als wenn die Geplagten von Ihm Hülffe
begehren.

Concessio: Ich gebe es zu / daß Gott ein Rä-
cher sey ob dem Bösen; Ich leugne nicht / daß die
Menschen ihrer Sünde halben den Todt und ewige
Verdammniß verdienet haben / und dennoch erzeiget
Gott mitten im Zorn seine Barmherzigkeit / und
schleust den Gottlosen den Schatz seiner Gnaden
auf. Wo Gott ist / da ist alles Gut; Er ist alle
gegenwärtig und seine Wohlthaten neben ihm.

Distributio: Wenn ich betrachte alle Wohl-
thaten / die Gott dem menschlichen Geschlechte er-
wiesen / so seyn sie so viel und mannigfaltig / daß die
Vernunft sie nicht begreifen / der Mund nicht aus-
sprechen kan. Sehe ich an die Bildung unsers Lei-
bes / die Kräfte der Seelen / die Schönheit der gan-
zen Welt / die zu unserm Nutz geschaffen; Keine

Beredtsamkeit ist / die dieß alles aussprechen kan. Wer hat den Augen die Krafft gegeben / daß sie so vielerley Gestalten in sich begreifen können / und in einem Augenblick die Erde übersehen / und nach den Sternen hinauf sich richten können? Wer lehret die Zunge so viel Wörter auszusprechen? Wer hat den Ohren gegeben / daß sie der Sylben Schall verstehen / und davon urthellen können? Was die Fertigkeit der Hände / die Geschwindigkeit der Füße / die Stärcke der Arme und Leibes kan / ist alles von Gott / ohne welchen weder der Magen verdauet / noch das Herz die Lebens-Geister zertheilet. Er waffnet unsern Willen mit den Gemüths-Neigungen / und das Gemüth mit einem trefflichen Gedächtnuß und Urtheil / daß wir / was wahr ist / verstehen / was gut ist / begehren / und was böß ist / meiden können. Er macht uns zu Herren über diese Welt; Uns zu gute gehet der Himmel umb / und es scheint die Sonne / und bewegen sich die Sterne / die Winde wehen / die Wolcken triesen regen / die Erde giebt Kräuter hervor / die Thiere erkennen unsere Botmäßigkeit. Dieses seyn grosse Wolthaten! aber viel grösser seyn diese / die er uns durch seinen einzigen Sohn erwiesen / den er uns zu gut hat lassen gebohren werden und sterben / daß wir mit ihm möchten leben. Die Vernunft begreift dieses nicht / die Zunge kan es nicht ausreden / die Feder nicht beschreiben. Darumb wollen wir es mit heiligen Stillschweigen ehren / und nur dieses sagen: Herr / wir seyn viel zu geringe / daß du deinen Knechten so viel Wolthaten erwiesen.

Αἰτιολογία: Gott hat uns so viel Wolthaten erwiesen / nicht umb unserer Verdienste willen: Denn wir seyn ja lauter nichts / und keiner Gnaden würdig. Seine Güte aber hat ihn getrieben / unser Elend hat ihn bewogen;

Prosopopeja. Was meynet ihr wohl / ihr Menschen / wenn diese Welt reden könnte / würde sie nicht also sagen: Wie bist du / o Mensch / so träg / die Wolthaten Gottes zu erkennen? bin ich nicht so herrlich erbauet / und muß dich doch für meinen Herrn erkennen. Mit diesem Sonnenlichte erleuchte und wärme ich dich; mit seiner Bewegung hauche ich dir das Leben ein / die Erde giebt dir Frucht / das Wasser Fische / die Wälder das Wild; die Bäume und Aecker speissen dich zur Nahrung und zur Ergezung. Warumb wilt du nicht erkennen / was du von Gott empfangen? bedenckest du nicht / daß du aus einem Erden Klob / dem geringsten Theil von mir / gebildet / dennoch über meinen ganzen Kreis herrschest? Wann dieses die Welt / so sie reden könnte / zu euch spreche / sollte sie euch nicht bewegen / daß ihr die grossen Wolthaten Gottes erkennet?

Apostrophe: O grosser Gott / wie liebest du die Menschen? du bringest zu recht die Irrenden / richtest auf die Zerschlagene / tröstest die Traurigen / machst reich die Armen / lebendig die Todten. O wie groß sind deine Wolthaten! Ich ruffe euch / ihr Engel / zu zeugen! Es hat der Sohn Gottes eure Natur nicht angenommen / und euch hat er zu unsern Diensten gewiednet / Ihr Himmel und Erden / und alle Creaturen seyd dessen Zeugen! der gütige Gott

M &

sic

hat euch uns unterworffen/dasß ihr uns für eure Herren erkennen müßet.

Dubitatio: Was soll ich von Gottes Wohlthaten reden/was soll ich preiffen? soll ich meine Unwürdigkeit darthun / dasß ich nichts anders als das ewige Verderben verdienet? Soll ich die Gnade rühmen / dadurch ich über alles erhoben / und mit solchen Gaben überhäuffet / die unser Verstand nicht begreifen kan?

Præteritio: Ich will nicht sagen von denen Wohlthaten / die uns Gott bey der Geburt erwiesent / da er uns aus Mutterleibe gezogen; Ich verschweige die Gnade / damit er uns Erwachsene aufaenommen und gepfleget; Wenn ich gleich alles sage / so habe ich doch zu wenig gesaget / auch die verborgene Wohlthaten übermeistern unsern Verstand / übersteigen unsere Gedancken.

Ἰαππνοια: Ich will reden / dasß Erd und Himmel höre; Ja wenn ich 1000. Münde und eiserne Stimme hätte / wie die Poeten sagen / ja wenn ich Engel-Stimmen hätte / so wolte ich sie hierzu anwenden / dasß ich die Wohlthaten Gottes ausspreche / welche die Himmel selbst erzehlen / und ein Tag dem andern verkündiget.

Petitio, *Ἰάνοις*: O du grosser Gott / der du uns alles gegeben / was wir haben / wecke du unsere schläffrige Herzen auff / dasß sie den Himmel sehen / und die Größe deiner Wohlthaten erkennen.

Votum: O freue dich deiner Glückseligkeit / o Mensch / dasß du das höchste Gut besitzest / geneust deiner Güter / und gebe Gott / dasß du derselben ewig genießest mögest.

Jus.

Jussio & Ostensio : Kommet her / Menschen /
 befehlet euch von Hand bis zu den Füßen / ist nicht
 alles an euch verwunderns würdig. Sehet die
 Finger an / und erzehlet die Wohlthaten Gottes auf
 denselben / und spricht : Woher kommt diese schöne
 Gestalt / diese Geschicklichkeit der Hände / diese Stär-
 cke des Armes / den ich zu meinem Dienst gebrauche :
 Sehet vor den Spiegel / beschauet euer Angesichte ;
 Woher kömmt der Glantz der Augen / die Geschick-
 ligkeit des Antlizes / die des Gemüths Abbildung
 vor Augen stellet. Sehet an die anderen Thiere /
 wie schön sie auch seyn / wie sie mit ihren Federn pran-
 gen / wie ihre Größe von ihrer Ansehnlichkeit zeuget ;
 Es fehlet ihnen doch an Rede und an Vernunft ;
 Ihr aber seyd nicht allein mit so viel Schönheiten
 gezieret / sondern auch mit einer vernünftigen See-
 le / die alle Schönheiten übertrifft.

Atque hæc sufficient exempla dilatationis
 per figuras sententiæ & dictionis. Etsi enim
 longè plura poterant afferri ; est tamen modus
 in illa re tenendus. Figuras *amplificationis in
 specie* ita dictas tertiæ parti reservamus. Etsi
 enim & hîc inter figuras sententiæ multa compa-
 rent, quæ ad amplificationem seu exaggeratio-
 nem in specie ita dictam pertinent ; tamen hîc
 quoque illas adjecimus, ne ordinem tur-
 baremus. De iis postea plura
 dicemus.

CAP. VIII.

De

Locis communibus formularum amplificantium.

§. I.

UT singulis in partibus omnium studiorum *collectanea* institui possunt: ita & in amplificationibus; quemadmodum scilicet rerum, quæ describuntur, laudantur, vituperantur, suadentur, dissuadentur, accusantur, defenduntur, farrago apud Oratores aliosque Autores occurrit, earumque collectio multum prodest Oratori: ita non minor est horum *collectaneorum* utilitas. De locis communibus Thesium *alibi* dixi, quæ pro inventionibus adornari possunt, quemadmodum adornationem illarum suavit *Verulamius in augmentis scientiarum*, ubi de Rhetorica egit & exempla quædam adjecit, verum brevia & insufficientia. Ita & in dispositione, qua & altera pars Rhetorices est, similes loci communes institui possunt, quales jamtum congeffit *Melchior Junius in resolutione orationum Ciceron*. Ita pro elocutione certa *collectanea* fieri possunt, ad quam partem etiam hæc *collectanea* referenda sunt: institui verò illa debent ex Autoribus, præcipuè veteribus & recentioribus illis, qui veterem loquendi genium scri-

scri-

scriptis suis exprimunt. Tituli possunt poni certæ enunciationis, quæ apud Ciceronem aliosque per adjuncta, partes, definitiones &c. dilatantur, e. g. titulus esto: *Autor es belli*. Sub hoc ponantur ista verba Ciceronis. Hoc bellum natum conflatum, susceptum est tuâ causâ & operâ: tu belli civilis causam attulisti: tu arma contra consules imperatoresque populi Romani, contra Deos patrios arasque & focos tulisti. Similiter esto titulus: *Divinitus hoc factum est*. Subjicies illa: Hæc omnia à me sic sunt administrata, ut Dei natu atque consilio & gesta & provisa esse videantur, idque tum conjectura possumus consequi, quod vix videtur humani consilii tantarum rerum gubernatio esse potuisse. Jam verò ita præsens his temporibus opem & auxilium nobis tulit Deus, ut eum velut præsentem sentire possimus. Atque hunc in modum multa alia possunt colligi, in quibus colligendis viam prævit *Nicasius Baccius, Augustinianus*, à quo libellus prodiit sub titulo: *Formule amplificandi*, qui sub titulo: *Medulla eloquentiæ* adjectus est *Morelli Enchiridio Oratorio*, qui liber Coloniz prodiit anno 1661. 120. Similis videtur scopus fuisse *Meyfarti in Mellificio suo oratorio*, quem librum ego, quod quidam faciunt, non adeò improbo, nisi quod defectum Autorum non habuerit, & multos etiam ludentes è recentioribus in hunc censum redegerit, tum etiam titulos non satis ordinatè locarit. Sed est illorum librorum usus non promiscuus, quare ab initio non statim proponendi sunt ty-

ronibus, qui discernere non nōrunt inter formulas, & infinitis amplificationibus luxuriare solent, nisi magister peritus prudentia sua suppleat hos defectus, & discipulis suis ostendat, quo loco amplificationis uti, quid ipsi ad imitationem illorum Autorum fingere & refingere possint. Nam ut verba illa, prout apud Autores habentur, exscribantur, prout à tyronibus fieri solet, non est permittendum, in primis adulatoribus, & qui jam sine cortice natate possunt, nisi quod sub ipsis auspiciis aliquid indulgendum, ut dilationi verborum & sententiarum adsuescant, & his exemplis non aliter utantur, quàm indicis vice, qui viam ostendat, qua & ipsi simile quid moliri possint: semper enim aliquid inhæret animo, & è diligenti volutatione illarum formularum, etiam cum non cogitat aut morosè inquirat, sua sponte quasi subvenient memoriæ, & sub manu nascentur. Quâ arte in primis usus fuit *Manutius*, cuius epistolarum potissima pars in formulis consistit, sed quæ ita sunt adornatæ, ut planè sint *Manutianæ*, etiam si omnes è *Cicerone* depromptæ.

§. 2. Quòd si farraginem talium sententiarum amplificatarum collegeris, facillimè erit, talia quædam exercitia suppeditare tironibus, in quibus, positis quibusdam sententiis ad argumentum facientibus, amplificationes ex his collectaneis instituant, quæ accrescente iudicio in aliam converti formam possint. e. g. tres illæ enunciationes (1) audes hoc facere, (2) despectus

Etus

Etus homo es. (3) comptimam te, continua aliqua oratione *ex amplificationum collectaneis* instituenda satis commodè possunt concinnari hunc in modum: Nemo est unquam inventus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modo honestate, sed etiam simulatione honestatis remotus, qui hoc attentaret facere. Et tu illustri loco natus, tot exemplis majorum provocatus tot monitoribus ad virtutem inflammatus, hoc scelus tam immane, tam enormè, tam impium, ausus es perpetrare (*secunda enunciatio*) o terræ filium, omniumque bipedum nequissimum! o cœnum, o portentum in ultimas terras exportandum! Te nemo congressu, nemo aditu, nemo suffragio, nemo civitate, nemo luce dignum putat. (*tertia enunciatio*) Ego tuam impudicam impudentiam reprimam: ego te furentem & exultantem audaciâ compescam: ego omnem impetum ferociamque tuam contundam.

§. 3. Ad hoc exemplum plura alia excogitari possunt, quæ inter se coaptata & concinnata orationem aliquam non malè dilatatam efficiunt. Verùm iudicii, ut dixi, res illa est, & cum ratione & modo adhibenda, neque ita nudè transcribendæ formulæ, sed earum rationem similia quædam invenienda. Quando autem & quomodo orationi immiscendæ, tum deprehendimus, cum orationem ipsi concinnamus, & enthymemata vel moralia vel affectuosa proponimus, atque verborum dilatatione opus habemus, quibus addendæ quoque tum sunt figuræ. Qua

in re idem quoque *Autor* succurrit, *collectanea* quædam amplificationum cum figuris prioribus subjicient.

Atque hæc etiam *de secunda parte dicta* sunt.

Nunc *ad tertiam* procedimus.


PARS III.

CAP. I.

De

Amplificatione seu Exaggeratione in specie ita dicta.

§. I.

 Enimus ad tertiam partem, qua propofituri fumus *Amplificationem in specie ita dictam*, à priori illa *dilatatione* distinctam, quæ verba tantùm considerat & modum, quo per verba dilatari possunt sententiæ, quibus tamen interdum aliqua miscentur, quæ ad hanc tertiam partem pertinent. Non enim benè separari verba à rebus possunt, & ipsa verborum dilatatio per locos reales obtinetur. Hæc verò *tertia parte ad entymemata Rhetorica*, quibus ostenditur, aliud alio esse majus meliusque, respicimus, tum etiam ad figuras ex hoc fonte profluentes. *Amplificatio* è locis illis Rhetoricis proluxa est, & per totum Rhetorices campum se diffundit, quem publicè nunc decurremus. Quare hoc quidem in loco non possumus nimis hac

hac

hac in re esse operosi. Notum est, ab Aristotele considerari bonum, malum, honestum, inhonestum, utile, damnosum, jucundum, molestum, facile, difficile, possibile, impossibile; ut sunt *vel absolutè talia, vel comparatè*. Quæ absolutè talia sunt, spectant ad *enthymemata probantia*: quæ comparatè, cum ostenditur, aliud alio esse melius vel pejus, vel honestius, vel inhonestius, vel justius vel injustius, vel utilius vel damnosius &c. ad *enthymemata amplificantia* pertinent, quæ enthymemata pari passu cum absolutis ambulant, ideoque verum illud est: quot sunt *loci inventionum*, tot sunt *loci amplificationum*, seu illi sint generalissimi, seu specialissimi seu speciales.

§. 2. *Amplificatio in specie ita dicta* est, quæ res major efficitur, quàm opinione nostra est. Fieri enim potest, ut rem superficie tenus consideremus, & leviolem existimemus, quàm revera est. Quare ratio etiam quærenda est, ut in majus res extollatur, ita tamen, ne ultra leges verisimilitudinis abeamus, cui omnes *figuræ vebementes & affectuose* subserviunt: illæ enim pro fine & scopo habent, ut rem seipsa majorem efficiant, quo magis moveantur auditorum animi, ad fidem cæteris argumentis habendam.

§. 3. Amplificatio in specie dividi potest in duo genera: institui enim potest *vel ad rem augendam vel minuendam*: Si enim de re magna dicimus, eam augendo majorem facimus; si de re exili, eam minuendo exiliorem reddimus, & hæc ipsa quoque *exaggeratio* dici potest, quòd
exi-

exilitatem illam exaggerando majorem facimus. Igitur his argumentis utetur Orator, tanquam *tubis opticis*, quorum altera parte rem se ipsa multis modis majorem faciet, altera parte multis modis minorem. Quâ arte cùm *pictura* oculorum nostrorum sensui se exhibeat in speciebus rerum repræsentandis, quidni orator verborum etiam ministerio utatur in conceptibus animi de rebus *vel exaltandis vel dejiciendis*. Est verò illa amplificationis vel exaggerationis *divisio* non tam essentialis, quàm accidentalis. Essentialis autem illa videtur, quæ est vel in verbis vel in rebus: nam & *exaggeratio* in simplicibus verbis locum habet; potest enim res aliqua exaltari vel unius verbi adjectione: in *dilatatione* verò *simplici* ad solam amplitudinem verborum respicitur; in hac verò exaggeratione etiam in verbis amplitudo illa rerum quæri potest.

§. 4. *Exaggeratio* in verbis est, cum illis verbis utimur, quæ rem augent vel intendunt, fitque hoc *vel per adjectionem vel per emphasin*. *Adjectio* fit, cùm verborum appositione rem aliquam vel intendimus vel extenuamus, fitque hoc vel per adjectiva magnitudinem aliquam, intensiorem & quantitatem, vel his contraria, significantia, ut: *eximius, admirabilis, incredibilis, divinus*, ut cùm *Cicero* ait in oratione *pro Sexto*. Frater optimus, incredibili pietate, amore inaudito, maximo in squalore volutatus est ad pedes inimicissimorum; vel per particulas & adverbia: *tot, valdè, vehementer, unicè &c.* majorem in modum, miris modis; ut in eadem oratione *pro Sexto*:

Sexto:

Sext: Postea mihi nullo meo merito omnes insidias est sceleratissimè machinatus. *Adjectio* illa versatur quoque in sententiis, ut cum epitheta illa quantitatem significantia resolvuntur in sententias, ut: nihil est, quod ego non tuâ causâ debeam, pro, omnia extrema tuâ causâ debeo.

§. 5. *Emphasis* est, cum vox vel adjecta vel ipsa illa primaria vim quandam & pondus habet, scilicet, cum vel *imago* aliqua in verbo est, aut aliud quippiam vehementiam singularem significans. Sive itaque *emphasis* illa consistat in voce simplici seu in sententia; habent illæ vel voces vel sententiæ *ideam* aliquam vel jucunditatis vel sublimitatis, figuram talem respicientes, quæ definitionem pro fundamento habet. *Emphatica* itaque voces sunt, cum vel superlativis vel positivis utimur, vel vocibus talibus, quæ componuntur particulis rem augmentibus; item adjectione aliarum particularum, longè, tantò, multò &c. item adverbis jurandi, quæ vehementem assertionem efficiunt, tum ipsis vocibus, vel propriis vel translatis, ut cum *Cicero* dicit *orat. pro Sextio*: Tu meo periculo gurges & vorago patrimonii helluabare: quibus verbis simul *imago ipsa* ante oculos ponitur. Fit item *vocibus hyperbolicis*, cum scilicet desperamus nos, verbis rei magnitudinem satis assequi posse, atque ideò plus dicimus, ut rei magnitudinem auditoribus æstimandam relinquamus; ut cum *Cicero* ait in *orat. pro Sextio*: Ad urbem confestim incredibili

N

cele-

celeritate advolavit. *lib. X. Attil. 10.* Adventus Philotimi exanimavit omnes.

§. 6. *Emphasis* illa ut exaggerat, ita ab altera parte extenuat, cum rem verbis exiliorem facimus, quam est. Quorsum spectant *variae figurae*, ut *μειότης, ἐξυθενισμός &c.* *Ἐξυθενισμός* est, cum verba adhibentur, quae imminutionem important, aut vel efferuntur *ὑποκυριστικῶς*, ut: offensiuncula, tenuiculus apparatus, vel compositione cum particulis imminuentibus, ut: subrusticus, subinvisus, subiratus; vel comparativis vim minuendi habentibus, ut: tristior fuit; vel per negationem contrarii, ut: non stultus, non pessimè, voluntas non turpis; vel vocibus dubitationem inferentibus, ut, nescio quid; it. adverbia dubitandi, fortassè &c. it. limitandi, ferè, propè, propemodum. Verba & voces ipsa vi sua *exilitatem* important, ut cum *Cicero* dicit; umbram equitis Romani: aut cum voces adhibentur contemptum quendam præ se ferentes, ut, cum *Cicero* dicit *orat. in Pisonem*: Neque tam fui timidus, ut frontis tuæ nubeculam, tam collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerem; cum res durior verbis emollitur, cui rei figura specialis, *χαριωντισμός* à Rhetoribus data est; ut cum *Cicero* suum exilium discessum vocat, aut bellum peregrinationem.

§. 7. *Emphasis* cum *per integras sententias* fit, est, cum fit per vehementem assertionem aut per *πλαγιασμόν*; qui tamen *πλαγιασμός* debet cum efficacitate quadam conjunctus esse. Nam cum *suprà* de ista figurâ diximus, tantum illam con-

con-

consideravimus, quatenus ea sententia dilatatur sine alicujus emphaseos consideratione. Huc spectant itaque apud *Ciceronem* formulæ: Hoc verbum omni ratione confirmare possum, *Quirites* &c. aliquo modo etiam figura *παρρησίας* huc pertinet, ut cum *Cicero* ait *orat. pro Sextio*: Dicam quod sentio, & quod mecum sentiunt omnes. Est quoque *sententiarum emphasis* per hyperbolem, cum integræ sententiæ sunt hyperbolicæ; ut *Cicero pro Lege Manil.* Itaque omnes quidem nunc his in locis *Cn. Pompejum*, sicut aliquem non ex hac urbe missum, sed de cælo lapsum intuentur. *Emphasis sententiæ extenuans*, quando aliquid cum dubitatione asferitur: item, cum graviora verbis levioribus extenuantur, ut quando dicitur *in III. Catilin.* Quod si *Catilina* in urbe ad hanc diem remansisset, sed, ut levissimè dicam, dimicandum nobis cum ipso fuisset; *pro*; gravissimè nos afflixisset.

§. 8. *Exaggeratio* consistit in pluribus sententiis, eodem intensiōnis typo quasi gravidis, atque illa potissimùm consistit in figuris: Consistunt verò illæ figurae vel in verbis simplicibus vel in sententiis; estque vel *coacervatio* vel *contractio*, e. g. in substantivis, ut cum *Cicero* dicit: o scelus, o pestis, o labes; vel in epithetis; ut cum idem *Cicero* dicit: Quid tam insolens, tam perversum præposterumvè dici aut cogitari potest? & *Virgilius*: Monstrum horrendum, informe &c. vel in verbis, ut cum *Cicero* ait *orat. in Pison.* His ego rebus pascor, his delector, his perfruor. Atque hæc figura

Nz

spe-

speciatim dicitur *Congeries*, cùm in verbis consistit, quæ est *Coacervatio* vocum synonymarum vel eandem rem cum vehementia exprimentam. Elegans ejus usus est in amplificando aliquo facto, ut cùm *Cicero* ait: Ecce tibi geminum in scelere; par inusitatum, inauditum, ferum, barbarum. Cùm sententiæ coacervantur per vehementiam, oritur inde figura, quæ Ἰμμορῆ, *Immoratio* dicitur, quæ est expositio aliqua vehemens, ut congeries, & synonymia vehemens; estque hæc differentia inter *explanationem* & Ἰμμορῆν, quòd in *explanatione* plenius quippiam dicitur; in Ἰμμορῆν vehementius, quæ præterea etiam cum *gradatione* conjuncta est; ut cùm *Cicero* ait: Lacerant, vexant, stimulos admovent, ignes adhibent, respirare non sinunt. Solet etiam huic jungi figura *Epizeuxis*, quando in iteratione vehementi consistit, ac possunt pleræque figuræ amplificationi huic accommodari, si idea illa vehementiæ, qualis latitat in re ipsa, in circumstantiis, in affectu, quo proferuntur, addatur. Inest enim singulis figuris suus quidam *typus*, ut ita loquar, *idealis* ab animo propagatus, qui vel augeri vel remitti potest, vel planè abesse, ut tantùm in simplici aliqua mutatione sententiæ tota figura consistat. Et hæc vehementia pro natura affectûs variat, quæ res si accuratius spectetur, profundis certè speculationibus apta est. Consistit & quædam *coacervatio* in diversis; seu illa consistant in verbis vel in sententiis, *conglobatio* dici solet. Est itaque *conglobatio verborum* coacervatio vehemens vocum res diversas significan-

fican.

ficantium. Quemadmodum & *congeries* oriebatur ex synonymia; sic conglobatio verborum ex enunciatione; & quemadmodum vehemens & concitata synonymia rem auget, ac *congeries* dicitur, ut brevis illa & sedata dilatationi serviebat: sic vehemens & proluxa enumeratio rei exaggerandæ servit, diciturque *Conglobatio*. e. g. tale est exemplum *Ciceronis in orat. pro M. Marcello*: Obstupeſcent poſteri certè, imperia, provincias, Rhenum, Occanum, Nilum, pugnas innumerabiles, incredibiles victorias, monumenta, munera, triumphos audientes & legentes tuos. Conglobatio epithetorum occurrit *pro lege Manil.* Hoc tantùm bellum tam turpe, tam vetus, tam latè diviſum ac diſperſum quis unquam arbitraretur.

§. 9. *Conglobatio ſententiarum* eſt, coacervatio ſententiarum diverſarum vehemens; ut *pro Cluentio*: At negare non poteſtis, quod repetiſtis, quod confeſſi eſtis, quod abſtuliſtis. Ita *in orat. pro Milon.* n. 185. Nunc qui eſt, qui non probet? qui non laudet? qui non unum poſt hominum memoriam F. Annium plurimum, Reipublicæ profuiſſe, maxima lætitia populum Romanum, cunctam Italiam, nationes omnes affeciſſe & dicat & ſentiat? vid. & ibidem exemplum n. 189. & *in Orat. pro Mil.* n. 178.

§. 10. *Gradatio* eſt exaggeratio per tranſitum ab uno ad aliud, eſtque duplex: *gradatio per adſcenſum* ſeu incrementum; *gradatio per deſcenſum* ſeu decrementum. Atque ille eſt, quem primum inter quatuor amplificandi modos po-

nit *Quintilianus*, ubi vocat *Incrementum*, cui addit comparationem, ratiocinationem & congeriem. De congerie jamtùm diximus. De comparatione & ratiocinatione dicemus in modis realibus. Cæterum *gradatio* illa *per adscensum* fit in verbis toto genere distantibus, cùm scilicet à leviori voce ad vehementiorem fit adscensus. *Variis* autem *modis* illa fit (1) in synonymia, ut *Cicero pro Lege Manilia*: Testis est Hispania, quæ sæpissimè plures hostes ab hoc superatos prostratosque conspexit. (2) in enunciatione; ut *IV. Philipp.* Multa memini, multa audivi, multa legi. (3) in negatione vel collatione: ut *VII. in Verrem*: id consilium non improbi Prætoris; sed importuni atque amentis tyranni, (4) per discretivas particulas, ut *II. Agrar.* Quæ cùm ego non solum suspicarer, sed planè cernerem. (5) per disjunctivas, ut *lib. V. ad Famil. epist.* 12. me ita cepit vel incendit, ut cuperem. (6) per correctionem, ut *Cicero XI. Philipp.* Magno in dolore sum vel mœrore potius. Est etiam *quædam gradatio* quasi argumentorum & ornamentorum, cùm primo loco simpliciora, mox firmiora, ac demum firmissima ponuntur; ut si primò propositionem, mox rationem, tùm vel simile vel exemplum vel antithesin, deinde aliquod insigne schema subjungas; qualis exaggerandi ratio ad motum maxime est idonea, quemadmodum suavitas major auribus accedit ex cantu altiùs sensim sublato. Ita hæc series orationis gradatim à minoribus ad summa tendens mirificè capit & intendit animos. Hac frequenter utuntur *Cicero & Demosthenes.*

§. 11. *Gradatio per descensum* est, cum à vehementiore voce ad leviolem fit descensus, ut *Cicero III. Philipp.* Hunc igitur ego Consulem, hunc civem, hunc liberum, hunc hominem putem? (2) in negatione, ut *in orat. pro Flacco*: liceat hæc nobis, si oblivisci non possumus, saltem tacere (3) per discretivas particulas, ut *I. Philipp.* non modò voce, nemo L. Pisoni, sed ne vultu quidem assensus est. (4) per disjunctivas particulas, ut *II. Philipp.* ut comitia auspiciis vel impedire vel vitare posset. (5) per correctionem, ut *III. Philipp.* dies enim affert vel hora potius, nisi provisum est, magnas sæpè clades.

§. 12. Atque hi sunt ferè modi, quibus oratio, respectu ad verba habito, exaggeratur, ut fiat genus orationis copiosum non solùm, sed & vehemens: sunt enim *duo phrasticos genera* apud Rhetores: alterum *πεφυκὸν seu nativum & simplex*; alterum *πεπλασμένον, versum* scilicet *atque mutatum*. Utraque phrasis benè notanda est: illa utitur *Cicero* in commentariis; hac in orationibus splendidioribus. *Πεπλασμένον* genus est, quod proposuimus omnibus his dissertationibus; & consideratur illud tum in singulis verbis, tum in conjunctis. Dilatatur autem ex verbo oratio, cum verbum unum in plura diducitur, quod fit *per explicationem & assumptionem*; explicantur enim singula verba definitionibus, adduntur descriptiones longiores auxilio figurarum, quæ amplificanti corpus orationis; ut sunt distributio, expositio, conglobatio antecedentium & consequentium, contrariorum, similium,

comparatorum, inductio, & reliquæ figuræ, ex quibus nascuntur amplificationes. Sic in *Miloviana oratione* verbum *Impius* dilatatur: Impius est, qui nec Deum nec homines reveretur. Hæc dixisse nativo sermone satis fuerat, Clodium nec Deum nec homines reveritum esse; sed explicatur *primum* definitione. Qui nullam vim cœlestem existimat Numinis divini; *deinde* assumit descriptionem ex distributione: Quem neque imperii magnitudo, neque Sol ille, nec Cœli & signorum motus, neque vicissitudines rerum, atque ordines movent, neque id, quod maximum est, majorum sapientia, qui sacra, qui ceremonias, qui auspicia & ipsi sanctissimè coluerunt, & nobis suis posteris tradiderunt. Ad eundem modum in *Rosciana oratione* dilatantur hæc verba: *Non facile homo patrem occidit. Primum* hæc particula extenditur: *non facile*. Multum communitio sanguinis reclamitat istiusmodi suspicionibus; ipsâ naturâ monstrum atque portentum certissimum est: *deinde* homo deducitur, esse aliquem humana specie atque figura; *Postremò* ampliatur & hoc: *patrem occidit*. Qui tantum inhumanitate bestias vecerit, ut propter quos hanc suavissimam lucem adspexerit, eos indignissimè luce privaret, cum etiam feras inter sese partus atque educatio & natura ipsa conciliet. Aliud exemplum est in *exordio III. Orat. in Catilinam*: ubi poterat esse hæc sententia $\pi\sigma\varphi\upsilon\kappa\omicron\varsigma$: Rempublicam vobis, Quirites, restitutam videtis, quam hoc modo diducit: Rempublicam, Quirites, vitamque omnium vestrâ, bona,

bona, fortunas, conjuges, liberosque vestros atque hoc domicilium clarissimi imperii, fortunatissimam pulcherrimamque urbem, hodierno die, Deorum immortalium erga vos summo amore, laboribus, consiliis periculisque meis ex flamma atque ferro, ac penè ex faucibus fati ereptam, & vobis conservatam ac restitutam videtis. Talia sunt in *Cicerone* exempla perquam multa sententiarum amplificatarum ex incremento, periphrasi, commutatione, comparatione; inprimis splendidiora sunt exempla in *Rosciana*, *Cornelianâ*, *Miloniana* & in *Catilinariis*. Et huc quidem spectant illa *collectanea*, de quibus autè diximus. Similia & in *poësi* tentari possunt, & sub titulis sententiarum colligi *variarum amplificationes Poëticae*, quæ potissimum sunt ex adjunctis, antecedentibus & consequentibus, enumeratione partium, circumstantiis temporis, modi, loci. Ita e. g. *Virgilius III. Georgicor.* pestem describens, hanc propositionem: *omnia alia peste infesta fuerunt & mortua*, è loco generis & speciei præclare amplificat, enumerando species animalium, & adjunctis suis per negationem exprimendo, quod volebat. *vid. à vers. 537. ad vers. 545.*

Non lupus insidias explorat ovilia circum

&c. &c.

ubi simul notandum è contrariorum conjunctione & prædicatis contrariis simul quoque acumen quæri. Et eum in modum penè in omnibus Poëtis institui talis quasi analysis potest, dum *τὸ πεπλασμένον* orationis Poëticae reduci potest ad

τὸ πρῶτον orationem simplicem, qui optimus modus est, poema non solum resolvendi, sed etiam scribendi. Eorum exempla quanquam nostrâ operâ congeri possunt, non spernendi tamen sunt illi, qui jamtùm aliqua collegerunt, ut *Nomesseus in Parnasso suo Poëtico*, & *Laurent. le Brun* loco jam *suprà* citato.

CAP. II.

De

Amplificatione reali, ejusque locis communibus & propriis.

§. I.



Amplificatio realis est ipsorum argumentorum, quæ fit per locos tùm communissimos, communes & proprios.

§. 2. *Loci communissimi sunt loci dialectici, de quibus jamtùm parte secunda egimus, suntque in illis præcipuè, qui declarant naturam & essentiam rei, proprietates; unde argumenta insignem dilatationem accipiunt, præsertim si multiplicentur vel conglobentur multa loca. Debent verò istæ amplificationes conjunctam habere aliquam vehementiam, aliàs enim simplex tantùm est dilatatio. Illa vehementia dependet vel ex verbis vel sententiis ex certo aliquo loco depromptis, sed intensiorem aliquam habentibus, vel emphasin vel figuram aliquam conjunctam,*
 præ-

præcipuè vehementem. Nam illæ *quasi turbines & fulmina* sunt in oratione, quibus argumenta tanquam tela projiciuntur & vibrantur in Auditores, resque ipsa major fit, quàm in se est. Nolo esse nimis operosus in his, cùm jamtùm illa è superioribus pateant.

§. 3. *Loci communes* sunt omnia illa enthymemata, quæ in Rhetoricis locis habentur: Cùm enim duo generalissima sint enthymemata, quæ ex locis topicis Aristotelis deducuntur, nimirum, de *accidente simpliciter tali*, quo probatur aliquid alicui accidere vel inesse simpliciter, aut non inesse; & *accidens comparatum*, quo demonstratur, alterum altero magis vel esse vel inesse vel non inesse. Sequitur alterum illud enthymema generalissimum, quo demonstratur in locis specialibus, res alia aliâ vel melior vel peior vel utilior vel inutilior vel justior vel injustior esse; fundamentum omnis amplificationis realis.

§. 4. *Enthymema* illud generalissimum *accidentis comparati*, si amplificetur locis Dialecticis, universalialia quædam effata amplificatoria suppetat, quæ deinde applicari possunt specialioribus locis, e. g. enthymema generalissimum *accidentis comparati* est: *Quod magis subiecto inesse vel non inesse videtur vel sapientioribus aut prudentioribus vel uni tantùm ex prudentissimis, id inesse vel accidere credendum est.* Atque hic locus transcendens est Dialecticus ex probabilitatis natura petitus. Idem enthymema Auditoribus applicatum fit locus transcendens Rhetoricus e. g. *Quod magis inesse & accidere creditur auditoribus*

bus nostris vel omnibus vel plerisque vel sapientioribus, id magis inesse credendum est. Atque hic locus considerari potest secundum summa genera, variosque locos, tum notionales, tum reales, tum verbales, quemadmodum sollicitè & satis diligenter rem illam proposuit *Vincentius Placcius in Excerptis Rhetoricarum actionum*. Ita ex loco generis: *Quod toti generi accidit, videtur magis accidere: quod toto genere tale est, magis tale est, quàm quod specie tantum aliqua*. Ita ex loco speciei: *Quod speciei inest tantum, videtur magis inesse, quia proprio similis est*. Et sic ille pergit ex locis universalis, particularis, accidentis, proprii, definitionis. Porro è *realibus locis* ut loco (1) existentia (2) substantia (3) quantitatis (4) qualitatis (5) actionis (6) passionis (7) correlatorum (8) totius (9) partis, simulque compositionis & divisionis (10) perfecti & imperfecti (11) causæ & causati, materia & materiati, formæ & formati, efficientis & effectûs, finis & destinati. (12) antecedentium consequentium & concomitantium. (13) signi & signati (14) subjecti & adjuncti (15) relationis, specialis ad hominem (16) ejusdem & diversi (17) paritatis (18) imparitatis (19) majoris & minoris (20) similibus (21) dissentaneorum seu oppositorum.

E locis verbalibus (1) conjugatorum (2) etymii seu notationis (3) homonymia (4) synonymia. Atque hæc capita sunt, sub quibus ille axiomata anxia sanè cura disposuit, & quemadmodum in accidente simplici & comparato rem instituit; ita & in locis propriis, qui vel ex doctrina causa-

rum

rum vel ex doctrina statuum dependent, quæ omnia infinitis propemodum inter se combinationibus possunt multiplicari, ut ita maximè illæ ex uno loco cum cæteris locis possint triplicari, quadruplicari; unde nova semper enthymemata oriuntur. Laudanda est *viri hujus industria*, qui effata illa, non solum quæ *Aristoteles* suppeditavit, sed quæ nullo modo per ingenium humanum excogitari possunt, ad capita quædam generalia reduxit, quibus si quis adsuetus sit semel, in *enthymematibus excogitandis* nunquam poterit destitui; semper enim ad manum & in promptu erunt aliqua; Verùm *Aristoteles* communissima illa seposuit, & in locis propriis ea selegit, quæ essent magis ad usum.

§. 5. Sunt itaque *tertiò loci proprii amplificationum* illi loci, qui occurrunt apud *Aristotelem* in generibus causarum, ut in genere deliberativo *doctrina boni & mali comparati*, quæ continetur *lib. 1. Rhetor. c. 7.* sub qua doctrina comprehenduntur omnia illa, quæ ad classem bonorum pertinent, ut utilia & damnoſa, honesta & turpia; nam & illa pertinent ad deliberativum genus. Si quis itaque jam velit argumenta amplificantiæ specialia alicujus boni, & vice versa, is inveniet *68. axiomata*, quæ singula possunt non unum, sed plura enthymemata suppeditare; quædam enim plura potestate sua continent, illa illa si invertantur aut negativè proferantur, totidem argumenta suppeditabunt pro amplificatione mali. Atque hæc sunt argumenta amplificantiæ ex ipsius rei naturâ petita, e. g. *quod multa*

am-

ambitu suo complectitur, majus est : nam possunt omnes illæ propositiones comparatæ etiam in simplices converti, & cum in simplices convertuntur, eandem vim habent intendendi bonum vel malum. Ita *lib. 1. Rhetor. c. VII. §. 5.* habetur hoc axioma : *Quæ majus aliquod bonum efficiunt, majora sunt*, quæ propositio comparata in simplicem convertitur : *Quod magnarum rerum efficiens est, magnum est*; atque sic in cæteris. Eadem propositiones in extenuatione possunt adhiberi, ut *§. 23. ejusd. capituli* hoc axioma proponitur : *virtus major est eo, quod virtus non est*, & *§. 25. quorum opera pulchriora aut turpiora, majora etiam ipsa sunt*; in simplicem propositionem hoc convertas : *Raritas rei rem amplificat*; in extenuatione ita immutes : *vulgare & obvium non magni estimatur*. Singula hæc apud *Aristotelem* cum attentione legi possunt, quæ aliquantò obscuriora sunt, nisi *Schraderi commentarius* in subsidium adhibeatur; is enim *perspicacissimus vir* primus penè inter omnes vidit, quid esset in *Aristotelis axiomatibus* reconditum, cum tenuem eorum usum & penè nullum antea ostendisset *Riccobonus*. Quare omninò opera necessaria esset, si quis tam in *analyfi orationum*, quàm in earum compositione ad hos fontes respiciat semper, & si qui fortè in illis non habentur, è *supplemento illo Placciano* addat. Sed *Aristotelica illa* usui magis erunt apta, quod magis ad *popularem usum* respiciunt, etsi non adeò secundum locos & classes distincta proponantur, quorum tamen etiam semper me-

mi:

minisse operosum videri poterat. Tota verò res non melius, quàm exemplo, ob oculos ponitur.

CAP. III.

Exempla aliquot, quibus ostenditur realis amplificatio.

§. I.

Um omnia illa, quæ vel suadentur vel laudantur, rationem alicujus boni habeant; igitur omnia illa argumenta, quæ ostendunt aliquid esse bonum seu ex *principiis probabilibus dialecticis* seu ex *principiis persuasibilibus Rhetoricis* deducantur, huc adhiberi possunt. Eorum farraginem dedit *Aristoteles lib. 1. Rhetor. c. 6.* si ostendendum est, illa bona esse vel magna vel majora, *enthymemata illa* suppeditat *Aristoteles lib. 1. Rhetor. c. 7.* Atque hinc deducuntur argumenta amplificantia; atque hæc argumenta vel per se adhibentur, cum tota oratio vel insignis ejus pars in re amplificanda versatur, vel singulis enthymematibus addi aut inferi possunt. Quare omnia illa enthymemata, quæ ostendunt, aliquid esse bonum, honestum & jucundum, amplificari vel intendi possunt, si ostendamus, aliquid valde esse bonum vel honestum vel jucundum, ut eò fortiùs ad aliquid agendum impellamur: *vice versà* enthymematibus contrariis ostendi potest, aliquid esse vel valde malum vel valde turpe vel molestum. Danda itaque opera est oratori, ut cum demonstrat, aliquid esse vel bonum vel malum, simul demonstret, aliquid esse
ma-

magnum bonum vel malum, id est, recte amplificet. Etsi verò talis amplificatio à prudenti oratore ipsi enthymemati facile inferi possit, rectius tamen faciet in arte hac tyro, ut amplificationem illam seorsim probationi minoris subjungat, e. g. si enthymemate declarabis, esse agendam pœnitentiam, quoniam illa efficit peccatorum remissionem, acues atque amplificabis rem istam, si ostendas, quantum bonum sit remissio peccatorum: atque hoc quasi *παρὰ Φυῆς* principali argumento subjungas; ostensurus, vitanda esse peccata, enthymemate uteris; quoniam nos à Deo sejungunt; huic addes argumentum amplificans, si ostenderis, quàm ingens malum sit à Deo sejungunt. Ponamus itaque *primò* exemplum ex accidenti comparato, bonorum scilicet majorum & meliorum, quæ est *amplificatio*, ut ita loquar, *respectiva*.

Sit Thesis hæc: Beneficia Dei majora sunt, quàm beneficia hominum.

Perlustra jam totum *caput. VII. lib. I. Rhetoric.* & paucis exceptis, omnia penè axiomata pro enthymematibus applicare potes huic thesi confirmandæ. Ex propositione itaque *prima §. 5.* Dei beneficia & majora sunt & plura humanis, nihilque omnibus his continetur, quod non illa ambitu & abyssò sua abscondant. Ex propositione *secunda §. 6.* Divina sunt hæc beneficia; quantum itaque divina humanis, æterna caducis, præferenda, tantò illa sunt potiora. Pone, regna, divitias, honores, nihili sunt præ illis. Ex propositione *tertia §. 8.* Ubi præstò est Deus
cum

cum suis beneficiis, humana spontè sequentur; gratia divina si adfuerit, hominum favor nos non destituet, quasi Dei characterem circumferentes: at verò si omnium principum gratiâ floreamus, si omnes fortunæ rivi nos inaura verint, sine gratia Dei cum omnibus illis thesauris pesumimus.

Ex propositione *quarta* §. 10. Divina beneficia, etiam maxima, quæ ab hominibus proficisci possunt, superant. Ex propositione *quinta* §. 11. Divina beneficia majus in nobis bonum efficiunt, & operantur, fidem, animi tranquillitatem, salutem æternam &c. Ex propositione *sexta* §. 12. Si divina beneficia virtutes divinas in nobis pariunt, & ad illas nos excitant, multò illa majora sunt, quàm humana, quæ ad fortunas nostras ampliores reddendas tantùm se extendunt. Ex propositione *septima* §. 13. Divina beneficia per se bona sunt, utpote ab illo profecta, qui solus est bonus, & *πρωταγαθός*: humana beneficia sæpè nequidem bona sunt, sed mala; si verò bona sunt aut esse appareant, appetuntur, non ut in illis quiescamus, ut pectus illis animamque saturemus; sed ut instrumenta habeamus, quibus indigentia in vita civili subveniamus. Ex propositione *octava* §. 14. Omnium nostrarum actionum summus finis est, ut habeamus divina beneficia, gratiam, salutem, vitam æternam &c. in beneficiis humanis quanta etiam sunt, acquiescere non possumus. Ex propositione *nona* §. 15. Divina beneficia & præmia, & quicquid æternarum est opum, satis per se dita-

se nos possunt, neque alio indigent adminiculo, sed faciunt nos ipsos *αὐταρκεῖς* & nullius humanæ rei indigos. Cum hoc penè convenit propositio *decima, undecima & duodecima*. Ex propositione *decima tertia & decima quarta*, §. 17. & 19. Quæ in hoc nobis exhibentur beneficia illa, blanditiis nostris, laboribus, studiis, anxiiisque nostris conatibus acquiruntur: quæ verò in animo nostro sunt reposita dona, ea ipse Deus nobis parat. Ex propositione *vigesima secunda*, §. 26. Longè gravius est beneficiis divinis quàm hujus vitæ bonis, quæ ab hominibus dependent, privari. Ex propositione *vigesima quinta*, §. 28. Virtuti nostræ ac pietati promissa sunt beneficia cœlestia; homines verò sua etiam in eos haud rarò conferunt, qui pessimis quibusque vitiis se contaminârunt. Ex propositione *vigesima octava*, §. 29. Longè præstantiùs est, divina bona pietate suâ sibi acquirere, quàm in his terris multos auri atque argenti acervos sibi cumulare. Ex propositione *trigesima quinta*, §. 38. Cùm opum humanarum aliarumque mundi deliciarum vel pessimi quique participes fiant, Dei gratiam & cœlestia beneficia nemo consequetur, nisi qui fidem Deo servâverit, & perpetuâ illum pietate coluerit. Ex propositione *trigesima nona & quadragesima*, §. 43. Beneficia divina non possunt nobis vel dolo vel ab ipso etiam tempore eripi, sed humanæ opes citiùs dilabuntur, ac nos destituunt, quàm iis frui rectè nobis licuerit. Ex propositione *quadragesima sexta*, §. 49. Hominum beneficia magno labore acquiruntur, magna
solli-

sollicitudine, curâque custodiuntur, ne illis excidamus: Verùm bona cœlestia quæ Deus spontè suâ nobis concedit, modò piè vivamus, absque omni molestiâ servare possumus, imò nunquam nos destituent illa, ne in morte quidem ipsa; sed post mortem quoque ad vitam æternam nos comitabuntur.

§. 2. Atque hæ propositiones è vasto illo numero excerpi possunt, pro thesi hac amplificanda, quibus si accedat jam cultura sermonis & figuræ, omnisque apparatus oratorius, tota penè hinc exsurgat oratio. Hæ propositiones verò, quæ ad *comparationem factæ* sunt, facile in *simplices mutabuntur*, si *comparationem* detraxeris: nam quod *comparatè magnum est*, *iusdem rationibus simpliciter magnum evadet*, e.g. quando hîc *prima* propositio habet: plura uno aut paucioribus magis bona sunt, simplicem inde efficies: Quod multa bona continet, bonum est, idque faciendum; ita similiter in cæteris. Quod boni alicujus causa est, hoc bonum est & faciendum: Quod à causa efficiente bona est, hoc est faciendum; quod molestum est, hoc est fugiendum: Cui constituta sunt præmia, hoc est faciendum; cæteræque propositiones apud *Aristotelem* pleræque, quæ nullo negotio in simplices mutari possunt; unde res simpliciter amplificari potest. Eodem modo procedi potest in *contrariis propositionibus*, cùm aliquid majus malum esse ostendimus; nam omnes illæ propositiones *Aristotelicæ*, quæ reperiuntur in *lib. 1. Rhetor. cap. 7.* in contrarios sensus flecti possunt, & pro termino

boni terminus mali substitui, e. g. cùm hic habetur propositio, plura bona uno aut paucioribus sunt meliora; in contrarium sensum hoc modo vertes: plura mala uno aut paucioribus sunt deteriora. *Ita porro*: graviora mala sunt, quæ gravius malum efficiunt; gravius malum est, cujus causa efficiens deterior est; quod multis indiget, hoc majus malum est eo, quod multis non indiget. Secundum has propositiones plura etiam *in oratione sacra elaborari* possunt themata; ut, quando peccata alia aliis graviora esse demonstrabimus: majus esse malum, Deum habere iratum, quàm homines hostes: gravius esse malum, abjici in gehennam, quàm calamitatibus in hoc mundo torqueri. *Eadem ratione comparatæ* propositiones de malo in simplices converti possunt, e. g. Quicquid multa mala continet, hoc malum est & fugiendum. Quod mali alicujus causa est, hoc malum est & fugiendum. Quod à causa efficiente mala est, hoc est fugiendum. Quod mali principium est, hoc est fugiendum. Cui proposita est pœna, hoc est fugiendum.

§. 3. Quando jam alterâ *viâ* scilicet *imminutionis* procedes, eodem modo rem tentabis; sed ita, ut propositiones convertantur in alteram partem, e. g. prima illa propositio comparata: plura bona uno vel paucioribus sunt meliora, ita convertes: minora bona pluribus sunt deteriora: majora bona sunt, quæ majus bonum efficiunt, ita convertes: minora bona sunt, quæ minus bonum efficiunt.

§. 4.

§. 4. Ut eò melius pateat superiorum usus, Germanica παραφρασεις thema illud comparatum de beneficiis divinis deducemus, quod exemplum esse possit, propositionum in oratione sacra per sua enthymemata probandarum. Textus enim facer qui multis talibus propositionibus constat, quæ propositiones quasi in unum aliquod corpus sunt compingendæ, suisquæ singulari rationibus probandæ.

Kommt her ihr Sterblichen / die ihr in den Gütern des Glücks ersoffen seyd / und auff menschlichen Arm euer Zuversicht sezet. Kehret euch zu dem Gott aller Gaben / und lernet / daß alles Gutes von Ihm komme / nichts aber in der Welt / wie herrlich es auch sey / so von Menschen herstammet / für Wolthaten zu achten sey.

Es ist nichts / so wir in der Welt besitzen / so von Königen / Fürsten und der Welt glückseligen Leuten auf uns gebracht wird / das nicht unter den Wolthaten Gottes begriffen werde ; denn wie Er alles in allen ist / und eine Tiefe des Reichthums / so kan nichts von Menschen erdacht werden / welches nicht von seiner Mittwürckung herrühre.

Menschen Wolthaten sind menschlich / und was ist der Mensch / was hat er / dessen er sich rühmen könne ? Sie seyn irdisch. So weit der Himmel nun von der Erden unterschieden / so weit seyn diesen jene Vorzuziehen.

Was seyn Könige und Königreiche / sind sie nicht von dem / der Könige ein- und absetzet / und die Herrschafften in der Welt nach seinen Gefallen austheilet ? Woher seyn alle Schätze / als aus der gros-

sen Schatz-Kammer Gottes; Woher ist alle Ehre / als von dem / dessen allein die Ehre und Gewalt ist im Himmel und auf Erden.

Was haben wir uns auch umb der Menschen Wohlthaten zu bekümmern? Denn wo Gott mit seinen Wohlthaten zugegen ist / da müssen die andere / als ein Schatten / dem Licht folgen. Wo das Meer ist / da sind auch die Brunnen / welche ohne dessen Zuschub verdrocknen / und ohne demselben nicht seyn können. Ist uns Gott günstig / so muß der Menschen Gunst uns nicht entstehen / ja es müssen unsere Feinde uns lieben / unser Lasterer ehren / unsere Verfolger uns mit Gütern und Ehren erfüllen / ja es muß das Unglück selbst uns zum höchsten Glück gedeyen!

Es ist nichts so groß / das mit den Wohlthaten Gottes könne verglichen werden. Könntest du ein Herr der ganzen Welt werden / ja als ein Atlas sie auf den Schultern tragen / sie würde dir nur eine Last seyn / und bliebest doch deßhalb nur ein Erdens-Kloß. Was von der Hand Gottes kommt / wie gering es auch in den Augen der Welt scheinen möchte / ist mehr / als Himmel und Erden wehrt / welche Er aus nichts erschaffen / und in nichts vergehen werden; da dieses von ihme selbst ursprünglich herkompt und ewig währet.

Denn was würcken nicht die Wohlthaten Gottes in uns? Ja sie erheben uns aus der Menschen Stand in den Stand der Engel. Da gehet in uns der Glaube auf / der Brunnquell aller geistlichen Güter / da haben wir in uns die Ruhe der Seelen / und endlich das Erbe des ewigen Lebens.

Wer

Werden wir nun hiedurch zu geistlichen Tugenden aufgemuntert / so seyn die menschliche Wohlthaten nichts hingegen zu achten / welche nur dieses zum Zweck haben / daß sie das irdische Glück / so uns bisweilen zur ewigen Verdammniß führet / verbreiten : Hingegen sind Gottes Wohlthaten allezeit gut / weil sie von dem herkommen / der allein gut ist / und alles wohlgemacht der ein Gott alles Guten ist / und von den Schein-Gütern dieser Welt / als Finsterniß von dem Lichte entlegen ; Denn wozu seyn diese / als daß sie der Dürftigkeit dieses Lebens zu Hülffe kommen / die Augen oft verblenden / nie aber die Seele sättigen. Was ist die Endursache all unser Geschäften im Menschlichen Leben anders / als daß wir Gottes Wohlthaten fähig werden. Wir leben allhie / und bemühen uns das Leben also anzustellen / damit wir der Wohlthaten Gottes genießten / seine Gnade und das ewige Leben davon tragen mögen ; da hingegen die Menschliche Wohlthaten / wie groß sie auch seyn / der Seele keine Ruhe verschaffen können.

Kein Menschlich Gut ist so vollkommen / daß wir uns in demselben vergnügen können ; die Göttlichen Wohlthaten aber können uns allein ohne der andern Hülffe bereichern. Wir besitzen alles / wenn wir die Gnade Gottes besitzen. Wir können nichts verlieren / wenn wir Ihn / und uns in ihm wiederfinden / ja wir gewinnen mehr / wenn wir uns selbst verlieren und verleugnen.

Mit was Schmeichel-Worten werden nicht die Menschliche Wohlthaten erbettelt ? Mit was Hinterlist werden sie nicht erschlichen ? mit welchen

Bubenstücken werden sie nicht auf uns gelockt? mit was Bekümmernuß und Sorgen werden sie nicht unterhalten? Wenn es köstlich gewesen/ so ist es Mühe und Arbeit gewesen. Was uns Gott von seinen Wolthaten in unsere Seele pflanzet/ kan durch ein gläubiges andächtiges Gebet alles erhalten werden. Gott will/ wenn wir nur wollen/ Er giebt uns/ wenn wir bitten/ ja ehe wir bitten/ und mehr/ als wir bitten und verstehen. Seine Hand ist allezeit ausgestreckt/ wenn wir sie nur nicht von uns stossen; ja er giebt's den Seinigen im Schlaff/ da wir unsere andere so hochgeschätzte/ aber nichtige/ Güter dem unbeständigen Glücke/ und den böshafften Menschen/ die sie oftmahls als Räuber besitzen/ gleichsam abpeinigen müssen. Und ob wir gleich alle Güter verlieren/ wenn uns die Freunde verlassen/ wenn wir ins Elend gejaget/ von Räubern des unsrigen entsetzet werden/ so meynen wir/ es sey mit uns geschehen; Es ist aber gegen den Verlust der Güter Gottes nichts zu schätzen; denn so wir diese verlohren/ so haben wir alles verlohren/ und können also dann erstlich aus dem Verlust die Größe derselben ermessen.

Wenn wir GOTT für Augen haben/ und uns eines guten Wandels befließigen/ so hat uns Gott die himmlischen Wolthaten mit vollen Händen zugeben verheissen. Aber welche seyn mit Menschlichen Wolthaten für andern wolgezietet? Nicht die/ so sie am meisten verdienen/ sondern die nichtswürdigsten Buben/ und die sich in allen Lastern welken. Wer wolte denn nicht jene für diesen erheben?

Wer

Wer wolte denn nicht lieber allhie eines guten Lebens sich befließen / daß er der Gnade Gottes versichert leben könne / als daß er ihm grosse Schätze und Goldes-Klumpen samle? Sehen wir nicht / wie dieses alles als ein Schatten und Traum dahin fährt / wie der Arm der Gottlosen zerbrochen wird / wie die Schätze und Gründe durch Feuer und Wasser / durch Diebe und Räuber zu Trümmern gehen; aber Gottes Wohlthaten sind solche Schätze / die keine Diebe stehlen / und keine Motten fressen können.

Wenn andere ihren Mammon in tieffe Keller verschliessen / wenn sie des Tages lauffen und rennen / umb ihre Güter zu verbessern / wenn sie des Nachts keinen Schlaf in ihren Augen sehen / damit sie nur alle Mittel und Wege erdencken / wie sie ihre Glücksgüter erhalten mögen / so kan sich ein Besizer der Himmlischen Güter in seinem Busen freuen; Nichts wird ihn trennen von der Liebe Gottes / weder gegenwärtiges noch Zukünftiges / weder Trübsal noch Bande / sondern er wird seine Güter auch im Tode selbst nicht verliehren / ja sie werden ihm nach dem Tode nachfolgen / dahin / wo kein Wechsel der Zeit noch Liecht / noch Finsternuß / sondern Gott alles in allem ist / und den Besizer seiner Güter / den treuen Knecht / der über wenig getreu gewesen / zu seiner ewigen Freude wird beruffen.

S. 5. Hi sunt amplificationum loci in rebus, quæ ex natura boni characterismos suos sortiuntur; Restant amplificationes facti, quorum octo locos suppeditat Aristoteles lib. I. Rhetor. cap. IX. quando enim laudamus aliquod factum,

comparatione, quod pulchrius sit altero, his locis commodè uti possumus: (1) Si solus (2) si primus quid fecerit, (3) si cum paucis, (4) si maxime aut præcipuè aliquid gessit, (5) si eo tempore aut loco, quo vix ab eo poterat expectari, (6) si sæpè (7) si præmia aut pœnæ ejus causa reperiæ sunt (8) si comparetur cum illustribus.

§. 6. Ut exemplo aliquo illustremus, amplificetur factum illud, quo Deus largitus est Christianis victoriam adversus Turcas. Plerique loci huc accommodari possunt. Siquis est pietatis sensus, erigite animos ad memorabilem illam Christianorum adversus Turcas victoriam, quæ Dei optimi maximi beneficio nobis obtigit, quod eam ob causam summis celebrandum est laudibus. (*primus locus; si solus*) Ille solus manus nostras ad prælia armavit: ille auxiliari geniorum copia jam fatiscentibus subvenit: ille à jugulis gladios, à cervicibus igneas tempestates avertit: ille omnium elementorum furorem in sanctissimi sui nominis gloriam excitavit. (*secundus locus, si primus &c.*) Primus ille signum sustulit, cum trapidarent nostri exercitus ad innumerabiles copias, à quibus jam primum nostri fusi erant; sed nunc animos addidit divina potentia, quæ animis militum illapsa terrorem hostibus panicum injecit, & vel ad conspectum nostrum in fugam convertit. (*tertius locus, si cum paucis*). Quas verò ille in subsidium tanti facinoris adsumpsit? an nostrorum militum manus? imò illos jam ob-

ob.

obruere corporibus suis & devorare posse videbantur. Deus est, qui vim suam, qui robur suum tenuitati nostræ addidit, nostramque imbecillitatem in suam gloriam convertit. (*quartus locus, si maximè aut precipuè &c.*) Quis enim non animadvertat hîc divinam manum? Jam faucibus nostris insidebant hostes, jam deflagratura erat illa tempesta: omnia ad internecionem nostram parata: consilia calida & fervida hostium impetus comitabantur, jamque ad catastrophem tota hæc spectabat tragoedia. Sed Deus derepentè ultor adfuit, qui illorum consilia corrupit, ut ferocia elati omnem vim nostram inconsulta temeritate spernerent: Insecuta hinc clades, opulentissima præda nos maestati; Germanorum spes respirare iterum cepit, unoque hoc divinæ benevolentix auxilio clandestini hostium, quos in sinu Germaniæ alimus, conatus intercepti. (*quintus locus, si eo tempore &c.*) Jam ad incitos redacti eramus, jam Germaniæ jugulum petebatur, omnes jam sibi extrema instare verebantur. Stabat loco munitissimo hostis, illis firmatus præfidiis, ut vix nostras invasiones timeret; & ostendit tamen Deus potentiam suam, cum suspensi omnium essent animi, & in summas angustias redacti, cum præter preces & vota, nihil reliquum nobis esse videretur, cum instarent malis nostris vicini hostes, illa in suam occasionem verfuri. (*sextus locus, si sæpè*) Non substitit hîc divinæ potentix efficacia, quæ se semel largita erat nobis, novos semper populo suo animos inspiravit, ut victo-

ria

riæ semel partæ insisterent, & repetitis toties præliis, omnem emergendi spem hostium animis excuterent, & magnæ istius victoriæ tot quasi appendices adjicerentur. (*septimus locus, si premia &c.*) Quid igitur addi ad divinæ benignitatis gloriam potest, nisi unum hoc, ut immortales Deo triumphos ducamus, ut non Jovi feretrio hæc opima spolia, sed Deo Opt. Maximo, sed orbis Salvatori nostra vota consecremus, ut omnium generum linguis illi hymnos canamus, ut ad feros usque posteros divini beneficii memoria propagetur. (*octavus locus, si comparetur &c.*) Eant nunc, quotquot illustria heroum suorum celebrârunt facinora: procul hinc Hercules, Procul Atlantes, & quicquid est magnorum nominum; ne mihi Marathoniam pugnam occentent veteres Sophistæ: omnium illorum memoriam superat hujus victoriæ splendor, neque comparari cum hac nostra prioris seculi victoria potest. Etsi enim copiis innumerabilibus descenderant Turcæ; non tamen vim illam adhibuerunt, quam nunc adhibitam sensimus. Tùm populationibus pleraque agebantur, neque ad extrema illa ventum erat, nunc faucibus nostris insidebant hostes, & à jugulo nostro repulsi: lentæ tùm erant victoriæ, nunc illa fulminis more progreditur, & majori impetu hostes sternit. O igitur æternis elogiis de prædicandum divini Numinis beneficium &c. Tanti est, ductore Deo, vincere!


CAP.

CAP. IV.

De

Argumentis amplificanti-
bus in Oratione sacra.

§. 1.

uemadmodum argumenta docentia & moventia ad orationem sacram accommodari possunt: ita *amplificantiæ* quoque locum illic inveniunt, ut jamtùm è superioribus patet. Non verò *eum in finem* adhibetur amplificatio tantùm, ut fit in oratione populari & civili, ut res seipsa major efficiatur, atque ex musca elephantus fiat; Sed ut res, quæ exigua sæpè habetur, major esse ostendatur, & ut illa, quæ reverà magna sunt, pro talibus habeantur. Poterit itaque hîc adhiberi *amplificatio* in statu tam simplici quàm comparato; Si monstrandum est, rem esse magnam, imò majorem opinione, vel exiguam ac opinione minorem. Atque hac amplificatione non corrumpitur auditoris judicium, quod fieri sæpè solet in oratione civili; sed ad verum sensum revocatur. Quare si in oratione sacra incideris in tales locos, de quibus non satis rectè judicare Auditores credibile est, commodè adhiberi potest *amplificationis artificium*. Sæpè enim fit, ut peccata, quæ crebro & impunè admittuntur, non tam gravia esse credantur, ut sunt reverà, e. g. concupiscentiæ,

scientia, odium proximi, contumelia, perjurium, ebrietas. In his igitur bonus orator amplificationibus uti debet, ut demonstret, esse reverà magna hæc peccata, imò peccatorum radices, atque eò studiosius fugienda, quò communiora sunt. Ita Esa. c. I. taxaturus Judæorum quædam peccata per comparationes & locos similes ea exaggerat: ita Christus *Matth. V.* contumeliam in proximum, concupiscentiam, perjurium, amplificat, & multò esse majora, quàm vulgò credebatur, ostendit. Legat aliquis apud *Chrysostrum Homiliam pulcherrimam XIX inscriptam ad agricolas, de vitando perjurio*, videbit ibi dicentem; quàm grave peccatum sit, pejerare & jusjurandum violare, cujus in rei fidem argumenta illa exaggerantia, quæ tùm è locis Dialecticis, tùm è specialibus illis Aristotelicis adhibet. Siquis enim axiomata illa Aristotelica, quibus malum magnum esse ostenditur, quæque ex axiomatibus de bono per consequentiam contrariorum extrahuntur, conferat cum Chrysostrami argumentis, pene omnia ad hos fontes reducet.

§. 2. *Vice versa*, ubi res aliqua imminuenda est, contrario modo procedi potest; ita cum nonnullos videmus, plus tribuere ritibus, ceremoniis, traditionibus humanis, ut non vereantur, has anteponeere ipsis etiam præceptionibus divinis, tùm poterit prudens orator extenuare has traditiones & observationes, argumentisque concludere, nullo modo has præceptis divinis vel esse conferendas vel præferendas. Ita

Chri-

Christus Matth. XV. & Marc. VII. hominum præpostera judicia graviter redarguit, & *Paulus in epistola ad Coloss.* magno apparatu assertores observationum exagitat.

§. 3. Aliquando eximix quædam virtutes negligenter habentur, nec eo loco, quo haberi dignæ sunt. Quare prudens orator in locum illum, quo dignæ sunt, subvehet. Ita *Paulus Rom. IV.* fidem Abrahami amplificat ex causis ac circumstantiis, ut omnes nimirum percipiant fidem, quâ Abraham tantopere Deo placuit, eamque non esse debere levem & frigidam, sed vehementem, insignem & planè admirabilem: Præter spem, *inquit*, sub spe credidit, se fore patrem multarum gentium. Exstat & gravis amplificatio *de metuenda Dei ira* illis omnibus, qui Christum verum Messiam nolunt agnoscere. *Hebr. III, & IV.* Videte, fratres, ne quando in ullo vestrûm sit cor pravum, &c.

§. 3. Utitur itaque *Orator sacer* omni amplificandi instrumento, quotquot schola rhetorica suppeditat. Quod itaque *ad verba* attinet, admiscet *αὐξήσιον, ἐμφασίον, συνωνυμίαν*, expolitionem, definitionem, descriptionem, distributionem, congeriem, incrementum; utpote quibus figuris ipse quoque *textus sacer* utitur. Quod *ad res* spectat, transfert & *hypothesein ad thesin*, id est, à quæstione finita ad quæstionem infinitam transibit, excutiet, quantum natura argumenti patitur causas, circumstantias, personam, tempus, modum, locum, instrumentum, occasiones ac antecedentia, subsequenta, ipsi negotio adjuncta,

juncta,

juncta, comparationes, similitudines, contentiones, contraria, & si quæ sunt in hoc genere à *Rbetoribus* explicata.

§. 5. Sunt & quædam *amplificandi* rationes, quæ *ex ipsa Theologia* depromuntur. Habet enim & illa *locos* quosdam *proprios*, ut alia quævis disciplina, eosque ad unumquodque genus argumentorum habiles. Quare qui orationem sacram habiturus est, sæpe in loca talia incidet, ubi amplificationes illæ desumi possunt *ab attributis Dei*; veluti, quòd Deus scrutatur corda, quòd falli nequeat &c. à *præcepto Dei*, à *propositis promissionibus*, à *comminatione pœnarum*, à *vocatione hominis ad veritatis agnitionem*, à *cooptatione in ecclesiam Dei*, *ab acceptis bonis spiritualibus*, à *sententia generali*, à *vaticinio prophetico*, à *tempore legis*, à *tempore Evangelii*, à *typo ad rem significatam*, à *re spirituali ad corporalem*, à *re corporali ad spirituales*, *similesque*, quorum locorum in promptu semper debet esse farrago. Etsi enim Rhetorica doctrina illa suppeditare potest; tamen generalia hæc sunt axiomata, & per locos illos specialissimos determinanda. In his similibusque exercere se debet orationis sacræ tyro. Cæterum de his, quæ ad amplificationem in oratione sacra spectant, legi potest *Ludovicus Carbo in rhetorica divina lib. IV. cap. 1. 2.* ubi varios amplificationis locos, & exemplis è literis divinis sumtis illustrat; & *cap. 3.* ubi de figuris amplificandis in oratione sacra applicandis.

CAP.

CAP. V.

De

De Locis Dialecticis, unde
oriuntur figuræ amplificantes.

§. I.

UT loci Dialectici omnium enthymematum, quæ ad fidem faciunt; ita omnium amplificationum fontes sunt, maximè illarum, quæ *speciatim* ita dicuntur, & rem argumentis & affectibus exaggerant. Magna aliquorum solet esse cura in combinatione locorum Dialecticorum cum figuris amplificantibus. Qua de re *Causinus* in libris suis prolixius agit. Nos ut compendia sectemur, ita rem omnem comprehendiposse putamus. *Primò* pono locum definitionis, qui simul quoque continet locum generis & speciei, tum attributorum etiam. Et solet is esse uberrimus in omni re amplificanda, seu argumenta spectemus seu verba; quò è loco multæ petitæ sunt amplificationes in sacris, ut in *Psalmo* I ubi David justum describit. Fluunt itaque ex hoc loco figuræ (1) *Assumptio*, quæ est, cum hypothesis refertur ad thesin, qui cum summus primusque fons sit omnis dilatationis, meritò *primò* loco ponitur. Nam ut in tota oratione ex loco communi, *veluti promtuario*, depromere possimus ad speciale argumentum illustrandum, amplificandum: ita in omni orationis parte hac viâ incedere possumus: neque enim ulla frequentior

P est

est tam apud oratores quam apud Poëtas figura, frequenter etiam in oratione sacra habenda. (2) Subjungitur illi, eamque ordine excipit *distributio*: Ut enim adsumtio ex loco generis assumit amplificandi rationem: ita *distributio* genus in suas species tribuit, illud, quod commune erat, per specialia amplificando. Quò referri etiam potest *enumeratio partium*, quæ *conglobatio* aliàs dicitur, etsi illa magis propriè ad *locum totius & partis* referatur: nam & genus aliqua ratione totum est.

§. 2. Referenda est (3) ad hunc locum *Hypotyposis*, quâ res aliqua à proprietatibus & adjunctis ita describitur, ut quasi in conspectum produci videatur. Ejus *exempla* sunt apud Oratores plurima. Facit vero hæc figura præ cæteris ad amplificandum; est enim vehemens, si ex affectu aliquo oriatur; ut cum *Cicero Verrem* in cives Romanos favientem describit; ubi alii verò affectus leniores fuerint, quibus exprimendis illa adhibetur, vel suavitatem & jucunditatem aliquam vel misericordiam vel desiderium excitat; ut si quis excidium urbis Hierosolymitanæ per hypotyposin describat, vel aliis in argumentis occupetur.

§. 3. His adjiciendæ videbantur *Prosopographia*, *Chronographia*, *Topographia* & *Topothesia*, quæ è loco definitionis & descriptionis ortum suum habere videntur. Etsi aliqui ad locum circumstantiarum referant, verùm minùs rectè: *loci enim circumstantiarum* ad factum pertinent, quæ

quæ non fluunt è natura facti, sed illud quasi circumstant, unde & nomen invenerunt.

§. 4. *Secundo est locus causarum*: causæ enim eodem modo rem amplificant. Huic inservit specialis figura dicta *αἰτιολογία*, cùm causam alicujus vel effecti vel rei statim subjicimus: Ac solent interdum unius rei causæ multiplicari, quâ ratione amplificatio magis extenditur. Exemplum ejus vide apud *David. Psalm. CII* ubi plures enumerat causas, propter quas Deum sibi laudandum esse demonstrat. Huic figuræ solet addi ab aliis *translatio*, cùm causa transferatur & rejicitur in alium vel aliud.

§. 5. *Tertius locus est Oppositorum*: Est verò *oppositio* inter disparata, relata, contraria, privantia, contradicentia. Hic locus fecundissimus est; verùm accurata illa philosophica distinctione non est opus; Satis erit, generali repugnantium titulo opposita illa absolvere. Ex hoc loco oriuntur elegantissimæ figuræ, e. g. *contentio*, Græcè *ἀντίθεσις*, cùm per contraria verba aut per contrarias sententias amplificatur oratio. Earum *exempla* multa sunt in orationibus judicialibus, in primis, ubi confutat adversariorum argumenta *Cicero*. Profluit ex hoc fonte alia figura, quæ *ἀντιμεταβολή*, *commutatio* vocatur, cùm discrepantes sententiæ inter se permutantur, ut apud *Gellium lib. X. N. A. cap. 1*. Cogitate cum animis vestris, si quid vos per laborem rectè

feceritis, labor ille à vobis citò recedet; benefactum à vobis, dum vivitis, non discedet; sed si quid per voluptatem nequiter feceritis, voluptas citò abibit, nequiter factum apud vos semper manebit. Nihil est hac figura elegantius in redargutione, præcipuè in *oratione sacra*, & occurrunt ejus non pauca exempla, etiam in ipso Sacro codice. Sunt & aliæ figuræ, quæ ad hunc fontem pertinent, sed minutiores, & magis in verborum, quàm sensuum & argumentorum amplificatione consistunt. Solent quoque talia repugnantia conglobari sæpè, ut cùm diversa de diversis enunciuntur, adjecta quasi inductione exemplorum & similium. Consistit verò illa in frequentatione minutiorum figurarum, ut si multa *ὄξυμωρα* cumulentur in unum, ad unius rei absurditatem demonstrandam. Huic loco excolendo mirificè inservit *ars argutiarum*, imprimis illo loco, ubi fontem repugnantium proponit: nam quot modis ille argutias ex hoc fonte variat, tot modis in amplificanda etiam oratione ejus præcepta adhiberi possunt. Quæ ratione præter amplificationem etiam arguta redditur oratio, & prætereà quoque concinna, si figuris ad hunc fontem spectantibus comprehendantur.

§. 6. *Quartus Locus est Totius & partis*, magnæ potestatis in amplificatione: ipsa enim res ostendit, totum, cùm in suas partes dividitur, ipsam rei naturam dilatari; ideoque nihil frequen-

quentius est figurâ illâ; quæ enumeratio partium dicitur in amplificatione. Hæc enim primò & per se ex illo loco procedit. Verùm hoc nomine *Quintilianus* aliique *Rhetores* non partium tantùm enumerationem comprehendunt, sed specierum, causarum, effectorum, subjectorum & adjunctorum constipationem: Solent enim omnia illa, cùm res amplificatur, permisceri, quare peculiari *conglobationis* nomine appellantur. Locus generis & speciei quodammodo quoque ad locum totius & partis referri potest: Genus enim quasi *totum essentiale* est respectu specierum. Quare sententiæ, epiphonemata, noëmata, quæ quasi generalia effata sunt, ac inter figuras amplificationis à nonnullis referuntur, ad locum totius & partis à quibusdam rejici solent, cùm rectiùs ad locum generis referantur. Est verò sententiarum usus insignis in amplificatione, ut jam *suprà* quoque ostendimus; Verùm cavendum est, ne *nimia sententiarum frequentatione* inepti fiamus. Quam ob causam *Quintilianus* monet, magnum esse adhibendum oratori iudicium in sententiarum usu. Ad hunc locum spectant porrò figuræ, quæ vocantur *Congeries*, *incrementum* & *gradatio*. De quibus cùm in omnium *Rhetorum* libellis agatur, non est opus, ut circa eas prolixiores hîc simus. Sed potest tamen diverso respectu, quatenus unum alteri præfertur, ad locum *comparatorum* referri *gradatio*. Aliquando enim in congerie vel gradatione diversa illa, quæ adferuntur, se mutuò

P ;

ut

ut partes & species continent, aliquando inter se mutuò comparantur: Est verò *gradatio* vel *per adscensum* vel *per descensum*.

§. 7. *Quintus* est *comparatorum locus* uberrimus & foecundissimus, seque per omnes orationis partes diffundit, maximi usus in amplificatione, præcipuè *in oratione Sacra*, quam nihil magis ornat, quàm *similium conglobatio*, cui aliqui intemperantiùs, quàm res ipsa patitur, indulgent, præcipuè *Angli*, qui totas interdum habent orationes his figuris constipatas, in quarum nube ipsa argumentorum vis interdum retunditur; cum tamen prudentis oratoris sit, ita ornatum adhibere, ne robur argumentorum infringatur. Operæ tamen pretium faciet insigne, qui circa singulas propositiones locorum Theologicorum ex istis scriptoribus collegerit, quæ ad illustrandam propositionem faciant. Est verò *comparatio* parium, majorum, minorum, similium & dissimilium, è quibus singulis quasi loculis generaliori loco subiectis, ut enthymemata deducuntur, ita amplificationes quoque petendæ. Quod enthymemata attinet, illa magno cumulo adducuntur ab *Aristotele*, ubi de majori & minori agit; illis si figuræ accedant ex fonte *comparatorum*, descendentes, vehemens fit oratio. Figura, quæ ex hoc loco descendit, primaria vocatur, *σύγκρισις*, & indistinctè refertur vel ad paria vel ad majora vel ad minora vel ad similia. Si alterum cum altero conferatur, atque in com-
para-

parationem ducatur, solet & vocari *contentio*, & illa in oratione plerunque misceri solent sine operosa & accurata similibus distinctione, quæ apud Dialecticos in usu est: Accuratiùs tamen fiet, si distinguantur. Est itaque *contentio* seu *comparatio vel parium*, quando comparato ejusdem quantitatis quippiam intenditur; ut cum Cicero in oratione pro S. Roscio ait: Par est avaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. *Comparatio imparium* est, cum quippiam comparato inæqualis quantitatis intenditur, eaq; duplex est *antelationis & gradationis*. *Contentio antelationis* est, cum nota cujusdam prærogativæ rei magnitudo exprimitur, estque vel majorum vel minorum: *Comparatio majorum* est exaggeratio exprimens magnitudinem rei per antelationem argumenti comparati, quando enthymemata à majori vel minori deducuntur; Aristoteles præfinivit & nos supra ostendimus. Hic figurarum tantum ratio habetur; Sic Cicero in oratione pro Posthum. Sed ego in hoc tandem Posthumus non ignoscam homini mediocriter docto, qui videam, homines sapientissimos esse lapsos. Ita vice versa comparatio à minori est exaggeratio, rei magnitudinem ex comparatione minoris quantitatis concludens. Ita in IV. Verrin. Scelus est accipere ab reo, quanto magis ab accusatore, quanto etiam sceleratius ab utroque. Spectant huc amplius figuræ: *Similitudo*, quæ per protasin & apodosin exprimitur. Si integra adhibetur; quarum magna copia congesta est tum ab E-

rasmo, tum à *Lycosthene*. Spectat huc etiam *dis-*
militudo, quæ priori contraria est; tum *imago*,
quando sub specie alicujus animalis vel numinis
res ipsa producitur. Spectant & huc *parabolæ* &
exempla, figuræ in sacris usitatissimæ, ideoque
in *orationibus sacris* frequentius, quàm in oratione
civili, adhibendæ.


Atque hæc de figuris amplificantibus dicta
sunt; quæ si entymematibus, quæ à magno &
parvo, majori & minori ducenda esse docuit *Ari-*
stoteles junguntur, omnes amplificantiõnis fon-
tes in orationem effundentur.

CAP. VI.

De

Figuris patheticis.

§. 1.

uemadmodum *supra* ostendimus, non
esse inconsultum, si formulæ amplifikan-
tes certarum enunciationum colligantur
è *Cicerone* aliisque *Autoribus*: ita hoc ultimo capi-
te idem consilium suppeditamus, colligendas sci-
licet esse formulas patheticas: Cùm enim *ampli-*
ficatio in specie dicta sit illa, quæ argumentis fiat,
ostendentibus rem esse magnam vel parvam, ma-
jorem vel minorem, *affectus* comitantur hæc en-
thymemata, vel potius finis sunt, propter quem
ostenditur res aliqua esse magna vel parva, vel
major vel minor. Excitamus enim aliquem,
vel ad amorem vel ad desiderium, vel ad iram, si
osten-

ostendamus, bonum aliquod esse magnum vel majus, vel injustitiam aliquam esse magnam: magnitudinem enim rei sequuntur animi motus, atque isti animi motus, qui *affectus* dicuntur oratori, & enthymematibus & figuris ciendi sunt: Illis tùm argumentis tùm figuris innexæ sunt, quædam *formulae*, quæ occurrunt in oratione ac affectus comitantur, quæ benè sunt & seorsim notantæ, si aliquando earum usus in oratione sit. Colligi autem illæ formulæ debent sub titulis affectuum generalibus & specialibus singulorum affectuum. Sunt verò ad ductum *Aristotelis*, in quolibet affectu *tria* consideranda, *primò*, quisnam ad aliquem affectum pronus sit; *secundò*, erga quos tali affectu concitari soleant homines; *tertiò*, quænam sint causæ, ob quas talis affectus excitari soleat. Specialiores itaque tituli hi sub singulis affectibus sunt; *qui, erga quos, ob quam causam*: Jam itaque sub singulis illis specialibus titulis notentur *propositiones Aristotelicæ* quas ille in singulis affectibus satis operosè congeffit *lib. II. Rhetor.* Illæ propositiones sub se collecta habeant exempla enthymematum affectuorum, tùm *apud Ciceronem* in orationibus, tùm *apud Poëtas, Satyricos præcipuè & Comicos* occurrentium; quæ vel nudè ita colligi possunt, vel ut sunt formulis suis vestita. Rarò enim formulæ sunt absque aliquo enthymemate vel morali vel pathetico, imò illas penè constituunt. Magnus est istorum tàm enthymematum, quàm formularum usus in concinnanda oratione. Non solent autem istæ propositiones affectuosæ formu-

lis suis plerumque implicatae ita prolixè probari, ut in enthymematibus fidem facientibus fieri solet; sed sufficit, si illa vel sola proposita vel pacissimis saltem probata fuerint; idq; fieri interdum una alterave periodo potest, quæ si quis eo modo collecta habeat, inveniet, quàm sibi hoc utile sit futurum.

§. 2. Poterit quoque *collectiones illas*, sub titulis affectuum & propositionum affectuosarum institutas, ad materiæ titulos revocare, ad virtutem scilicet aliquam vel vitium. Ita *in simili casu* si virtus aliqua laudanda est aut factum, infigne ob virtutem, poterit recurrere orator ad hos locos ac circumspicere, quid in simili argumento factum sit ab aliis. Ut *exemplo uno vel altero hoc declarem; Cicero in orat. pro Lege Manil.* affectum *iræ* moturus apud populum Romanum, illum impellere laborat ad ulciscendam injuriam nomini Romano à Mithridate factam. Hoc exemplum referri potest ad titulum *iræ*, & quidem ad hunc specialem: ob quam causam irasci solemus? Scilicet ob injuriam nobis illatam. Ponetur itaque sub hoc titulo, quod habetur *in orat. pro L. Manil. n. 7. editionis Genevensis*. In altero illo libro materiæ ponitur hoc exemplum potest *sub titulo hoc*: Injuria in rem publicam facta; & sub hoc titulo poni potest: injuria publica digna est omnium ira & ultione, & ad illam excitari ob oratore potest populus. Locus ille Ciceronis adjici potest, atque ita in singulis affectibus procedendum est, quod non erit adeò difficile, si quis primò propositiones Aristotelicas omnes

mnes

omnes attente legat & vel memoriæ infigat vel in libro aliquo ponat; secundo utilissimum hanc in rem adjiciat *Schraderei commentarium*; tertio *Melchioris Junii librum* ad hos usus accommodet, quem scripsit *de ratione movendorum & conciliandorum animorum*. Quo in libro, quæ apud Aristotelem reperiuntur, in compendium contraxit, adjectis exemplis tum è *Cicerone*, tum è *Græcis oratoribus, historicis item* tam græcis quam Latinis. Non inutilis quoque est *syllabus ille & Indiculus*, quem *du Cygne* *analyfi suæ orationum Ciceronis* adjecit: etsi enim brevior ille sit, & concinnari longè fœcundior ex *Cicerone* possit; ad prima tamen ejus laboris tentamina cum fructu adhiberi potest. Atque ita has lectiones nostras, *Deo sit gratia de Amplificatione* absolvimus, quarum usus ex ipso exercitio rectius patebit.

FINIS.

IN-



INDEX

Rerum libro hoc contentarum,

quo

Primus numerus major *Partem*, secundus minor *caput*, & tertius cum sequentibus *paragrapbos* denotat.

A.

Additio	I, 8, 5
Adjectio	III, 1, 4
Æstimatio, figura verb.	II, 1, 9
in Affectu quæ consideranda	III, 6, 1
Affectuosa figura vid. Patheticæ	
Affectus comitantur enthymemata rhetorica,	III, 6, 1
sunt vel indifferentes vel virtuosi vel vitiosi,	I, 9, 7
Affectum excitatio,	I, 9, 18. 20. 21. III, 6, 1
movendorum rationes qui Autores scripserint,	III, 6, 2
Αἰτιολογία	III, 5, 4
Allegorica παρομιώδη	I, 7, 3
Amplificatio	I, 1, 5
in specie ita dicta	III, 1, 1. sqq. c. 6, 1.
in specie quid sit,	III, 1, 2
quotuplex	III, 1, 3
in specie ita dicta quid differat à dilata- tione.	I, 1, 5. III, 1, 1
	Am-

I N D E X.

- Amplificatio per figuras rhetoricas II, 7, 1. sq.
- Amplificationis per figuras exemplum germanicum,
cum, II, 7, 6
- Amplificatio facti II, 4, 4, sqq.
- rei II, 4, 1. sqq.
- thematicis II, 4, 10
- realis III, 2, 1. sqq.
- fit per locos communissimos, communes & proprios III, 2, 1
- Amplificationis realis exempla III, 3, 1. sqq.
- Amplificationum loci proprii Aristotelici III, 2, 5
- è locis dialecticis exempla II, 4, 1. sqq.
- Amplificandæ orationis modi extemporales II, 6, 1. sqq.
- inartificales II, 6, 1.
- Amplificandi modi Hermogenis II, 1, 5. sqq.
- Amplificandi rationes ex ipsa Theologia desumptæ III, 4, 5
- Amplificantia Argumenta. Vide Argumenta.
- Amplificantium formularum loci communes II, 8, 1, sqq.
- Anastrophe II, 1, 7
- Angli oratores immoderato similium usu notantur. III, 5, 7
- Antecedentium & consequentium locus dialecticus, II, 2, 7
- Ἀντιμεταβολή, I, 4, 9. c. 8, 13. III, 5, 5
- Ἀντιθεσις III, 5, 5
- Antitheta rhetorica quæ sint, I, 4, 1. sqq.
- quibus modis opponantur I, 4, 9
- vid. Opposita.
- per

I N D E X.

per Antitheta dilatationis exemplum,	I, 4, 11
Antitheton, figura	I, 4, 9
Antithetorum amica similtas	I, 4, 4
ufus in dilatanda oratione	I, 4, 1. fqq. c. 8. 3
Ἀντιποθεταί	II, 1, 8
Ἀπαρτίθμησις	II, 1, 8
Ἀφαιρέσις	I, 4, 9
ab Apologis locus dialect.	II, 2, 20
Arena fine calce dictus Senecæ stylus	I, 7, 10
Argumenta orationis	I, 9, 4
oratoria è locis dialecticis	II, 2, 1. fqq.
amplificantia inveniendi modus	II, 6, 2
amplificantia realia qs. turbines & ful-	
mina funt in oratione,	III, 2, 3
amplificantia realia in oratione sacrâ,	
	III, 4, 1. fqq.
extrinseca	II, 2, 13
inductiva	II, 2, 5
Argumentandi forma rhetorica	I, 9, 5.
Arguta gnomica	I, 7, 6
eloquentia	I, 8, 8
Argutiarum ars	III, 5, 5
Aristotelica axiomata.	
vid. Axiomata.	
Aristoteles elocutionis doctrinam leviter tetigit	I, 1, 1
Aristotelis liber Topicorum ufum magnum præ-	
bet in orationibus	II, 1, 3
Ἄρσις	I, 4, 2. c. 8, 8.
Ἄρσις & Θίσις	II, 1, 10
Assumptio	III, 5, 1
Attrahentes figuræ	II, 1, 8
	Ava-

INDEX.

- Avaro omnia defunt 1, 8, 13. sqq.
- Axiomata Aristotelica pro amplificatione alicujus boni vel mali comparati III, 2, 5. C. 3, 1
 pro imminutione vel extenuatione alicujus boni &c. III, 2, 5. C. 3. 3. C. 4, 2
- Axiomatum Aristotelicorum usus comparatam in simplicem propositionem vertendo, III, 2, 5. C. 3, 2
- usus in sacra oratione elaboranda III, 3, 2
- usus per exemplum monstratus III, 3, 1
- per exemplum germanic. III, 3, 4
- Axiomata singulorum locorum dialecticorum
 rhetorica B. II, 2, 1. sqq.
- Bombardæ majoris descriptio è locis dialecticis II, 4, 1. sqq.
- ex Boni natura loci rerum amplificatorii III, 3, 1. & 5
- Brevitas orationis in quo consistat I, 11, 1
- Breviter nemo dicere potest, nisi qui dicere copiosè novit C. I, 11, 2
- Calx sine arena an Senecæ stylus rectè sit dictus I, 7, 10
- Camilli (Julii) theatrum rerum universalium II, 3, 3
- Carolus de la Rue, poëta gallus I, 10, 7. fin.
- secundum Categoriarum seriem descriptio elephantanti II, 5, 2
- Categoricorum locorum usus in amplificando II, 5, 1. sqq.
- Categoricus index II, 5, 1
- Causalium & effectuum locus dialecticus II, 2, 6. III, 5, 4
- Cha-

INDEX.

Commatum & colorum perticulæ characteristi-	
cæ	I, 8, 9
Commentandi genus per periphrasin	I, 10, 2
Commutatio, conversio	I, 4, 9. III, 5, 5
in Comœdia actionis descriptio una est	II, 4, 9
Comparatio	III, 5, 7
est vel parium vel imparium	III, 5, 7
Comparatorum locus	III, 5, 7
Concitatam dicendi genus	II, 1, 9
Concomitantium locus dialecticus	II, 2, 8
Congeries	II, 1, 6. III, 1, 8. c. 5, 6
Conglobatio	III, 5, 1, 6
sententiarum	III, 1, 9
verborum	III, 1, 8
Conjugatorum locus dial.	II, 2, 4
Contentio	III, 5, 5. I, 4, 9
Contentio antelationis	III, 5, 7
gradationis	III, 5, 7
Contractio	III, 1, 8
orationis circumductæ	I, 11, 2
Contractæ orationis exempl.	I, 11, 3
Contrahendi orationem utilitas	I, 11, 4
Contrapositum	I, 4, 9
Conversio	I, 4, 9
Copia dicendi quæ sit	I, 1, 4.
orationis	I, 1, 3
verborum ad orationem maximè necessaria,	I, 1, 3
non est vesana quædam loquacitas,	I, 1, 4
unde desumatur	II, 3, 5
Copiosa oratio differt à magna	II, 1, 4
à tumida & inflata	II, 1, 10

Q

Co-

INDEX.

- Copioso dicendi in genere magister Cicero** I, 1, 3
Correlativa sunt vel parium vel imparium II, 2, 12
Correlativorum locus dialecticus II, 2, 12
- D.**
- Definitiones metaphoricæ,** II, 2, 1
Definitionis locus dialect. II, 2, 1
 est fundus descriptionum Poëticarum II, 3, 18
Demosthenes inter Græcos copiæ dicendi artifex
 I, 1, 3
Demosthenis & Laidis historia oratoriè amplifi-
 cata I, 9, 22
Descriptio facti II, 4, 4. sqq.
 rei è locis dialecticis II, 4, 1
 è locis prædicamentalibus II, 5, 2
Descriptiones Poëticæ & historicæ II, 3, 18. 20
Descriptionum exempla II, 3, 18
Dialectici loci argumentandi sunt vel generales
 vel speciales I, 9, 8
 dilatationum II, 1. sqq. c. 2, 1. sqq.
 è quibus figuræ amplificantes oriuntur III,
 5, 1. sqq.
 quomodo differant à prædicamentalibus II,
 3, 5. III, 2, 2
Dialecticorum locorum usum in dilatanda ora-
 tione qui docuerint II, 1, 3
Digressiones Pindaricæ poëticæ II, 1, 6
Dilatatio est vel verborum vel rerum I, 1, 5. sqq.
 enthymematica,
 vid. Enthymemata.
 & ampliatio in specie ita dicta quomodo dif-
 ferant I, 1, 5. III, 1, 1
 Dila-

INDEX.

Dilatatio periodica	I, 8, 1. sqq.
per anthiteta	I, 4, 1. sqq.
epitheta	I, 3, 1. sqq.
figuras grammaticas	I, 5, 1. sqq.
synonyma	I, 2, 1. sqq.
verborum	I, 2, 1. sq. III, 1, 12
sententiarum simplex seu grammatica	I, 6,
	1. sqq. III, 1, 12
sententiosa	I, 7, 1. sqq.
Dilatationis verborum doctrina à quibus tradi-	
ta	I, 1, 7
Dilatationum tres fontes : identitas, affinitas,	
contrarietas	I, 3, 1
Dilatationis paraphrasticæ poëticæ exemplum	
	I, 10, 7
Dilatandæ orationis adminiculum	II, 3, 4
Dilatandi & variandi ars distinctæ	I, 1, 9
Distributio vel partitio	II, 1, 6, 8. III, 5, 1

E.

Elephanti descriptio historica	II, 5, 3. 4
Elephanti descriptio secundum seriem catego-	
riarum	II, 5, 2
Elocutio & inventio duæ præcipuæ rhetorices	
partes	I, 1, 1. c. 9, 3
quomodo differant	I, 1, 4
Elocutionis doctrina non nisi leviter ab Aristo-	
tele tacta	I, 1, 1
à quibus aliquo modo tractata	I, 1, 1
Eloquentia lapidaria Italorum quorundam	I, 7, 9
poëtica descripta à Laur. le Brun.	II, 6, 5

I N D E X.

Emphasis	III, 1, 5
exaggerans	III, 1, 5
extenuans	III, 1, 6
sententiarum	III, 1, 7
Emphaticæ voces	III, 1, 5
Enthymema generalissimum accidentis compa-	
rati	III, 2, 4
Enthymemata	I, 9, 7
sunt vel ethica vel pathetica	I, 9, 10
ethica vel moralia, quæ sint	I, 9, 10, sqq.
pathetica	I, 9, 17
tribus modis instituuntur	I, 9, 19
Enthymemata amplificantia	III, 1, 1
probantia	III, 1, 1
duo generalissima è locis topicis Aristotel.	III, 2, 3
è locis communibus tam realibus quam ver-	
balibus formata	III, 2, 4
Enthymematicæ dilatationis, tam ethicæ quam	
patheticæ, exempla	I, 9, 22, sqq.
ethicæ quatuor modi	I, 9, 13
patheticæ tres modi	I, 9, 19
formulæ morales	I, 9, 13, 16.
Enthymematicarum formularum, ethicarum &	
patheticarum, differentia	I, 9, 20
Enthymematum dilatatio	I, 9, 1, sqq.
à sententiosa dilatatione quomodo differant	I, 9, 9
ethicorum effectus	I, 9, 10, sq.
ipforum dilatationis exemplum	I, 9, 24
Epicherema	I, 9, 4
Epicherematica oratio	I, 9, 4
	Epa-

INDEX.

Epanalepsis	II, 1, 8
Ἐπεμβολή	II, 1, 7. 9
Ἐπισύναψις	II, 1, 8. 9
Epitheta historicorum	II, 3, 19
quibus adjiciantur	I, 3, 4
sunt vel adjectiva vel adverbialia	I, 3, 4. sqq.
periphrastica	I, 3, 9
per Epitheta dilatationis exempla	I, 3, 11. sqq.
Epithetis cautè utendum	I, 3, 5
cur poëtæ plerunque utantur præ oratoribus	II, 3, 5
Epithetorum collectores & collectanea	I, 3,
	6. sqq.
fontes	I, 3, 1
causæ	I, 3, 2
usus & abusus	I, 3, 9
in descriptione historica	I, 3, 10. II, 3, 19
in descriptione poëtica	II, 3, 19
Epitheton unum nonnunquam integrum en-	
thymema continet	I, 3, 2, 11. c. 9, 7, 16
Epizeuxis	III, 1, 8
Erasmus immeritò à non nemine notatus	I, 1, 7
Exaggeratio	I, 1, 5. III, 1, 3
in verbis	III, 1, 4
in sententiis	III, 1, 8
Exempli locus dialect.	II, 2, 19
Exemplorum indicationes	I, 7, 7
Explicatio verborum	III, 1, 12
Expolitio	I, 6, 3. III, 1, 8
per Expolitionem dilatationis exemplum	I, 6, 7
Extemporales amplificandæ orationis modi	II,
	6, 1. sq.

Q 3

EX.

INDEX.

Extemporanéus argumenta inveniendi modus	II, 6. 2. sqq.
Extensio per oppositionem	I, 8. 8
per similia & comparata	I, 8. 7
Extensionum particulæ characteristicæ	I, 8. 9
Ἐξ ἁπλοῦς	III, 1. 6.

F.

Facti amplificatio secundum locos Aristotelicos	III, 3. 5
Facti amplificationis exemplum	III, 3. 6
Facti amplificatio è locis dialecticis	II, 4. 4. sqq.
à Fama publica locus dialecticus	II, 2. 18
Figuræ orationis sunt vel dictionis, vel sententiarum, vel patheticæ	II, 7. 3
Figuræ dictionis in oratione non adeò frequentandæ sunt	II, 7. 3
sententiæ præ cæteris amplificant	II, 7. 6
Figuræ patheticæ	III, 6. 1
omni loco non conveniunt	II, 7. 5
orationis sunt vel grammaticæ vel rhetoricæ	I, 5. 1
grammaticæ	I, 5. 2. sqq.
rhetoricæ	II, 7. 1
quot sint & quotuplices	II, 7. 2. 3
omnes omnibus sententiis non conveniunt	I, 8. 19
sententiarum quam cognationem cum locis dialecticis habeant	II, 7. 4
ἰφολκόμεναι seu attrahentes	II, 1. 8
vehementes & affectuosæ	III, 2. 2
	rhe-

INDEX.

rhetoricæ omnes locum aliquem dialecticum agnoscunt	II, 1, 1
Figurarum typus idealis, usus in dicendi genere sententioso	III, 1, 8 I, 7, 8
per Figuras amplificationis exemplum	II, 7, 6
Figuris rhetoricis textus quoque facer utitur,	III, 4, 4
de figuris rhetoricis qui Autores scripserint	II, 7, 2
Formulæ enthymematicæ ethicæ patheticæ	I, 9, 13 I, 9, 19
hæ enthymematicæ quomodo differant	I, 9, 20. sq.
Formulæ orationis circumlocutoria	I, 5, 4
Formularum amplificantium loci communes	II, 8. 1. sqq.
Freinsheimii paraphrasis in annales Taciti	I, 10, 1

G.

à Genere ad speciem transgressio, & vice versa	II, 1, 6
Germanica paraphrasis thematis alicujus ampli- ficatoria	III, 3, 4
Germanicum thematis per figuras amplificati exemplum	II, 7, 6
Gnomica arguta	I, 7, 6
Gradatio	III, 1, 8. 10. c. 5, 6
per adscensum	III, 1, 10 c. 5, 6
descensum	III, 1, 11. c. 5. 6
Grammaticæ figuræ	I, 5, 1. II, 1, 7

Q4

Herz

INDEX.

H.

Hermogenes unicus è veteribus post Aristot. for-	II, 1, 4
marum rhetoricarum indagator	
Hermogenis loci amplificandi in rebus	I, 1, 5.
in verbis	II, 1, 7. sqq.
Horatii epoda secunda paraphrasi poëtica dila-	
tata	I, 10, 7
Horatius Virgilii imitator	I, 10, 5. 6
Hypotheseos ad thesin translatio	III, 1, 5
Hypotyposis	III, 5, 2
Hyponoia	I, 5, 5
I.	
Idealis figurarum typus	III, 1, 8
Identitas	II, 2, 9
Imago, figura rhetor.	III, 5, 7
Imitationes dilatandi	I, 6, 10
veterum Auctorum inter se	I, 10, 5
paraphrasticæ	I, 10, 3
Imitationis poëticæ exemplum	I, 10, 6
Imminutio oratoria	III, 3, 3. c. 4. 2
Immoratio	III, 1, 8
Impii, vocabuli, dilatio	III, 1, 12
Inartificiales amplificationis modi	II, 6, 1
Incrementum Quintiliano quid sit	III, 1, 10
Index adjectivorum	II, 6, 2
categoricus	II, 5, 1
Inductiva argumenta	II, 2, 5
Interjectiones in historicis frequentes	I, 6, 6
sententiarum	I, 6, 5. sq.
Interpo-	Interpo-

I N D E X.

Interpositio, ἐπεμβολή	II, 1, 9
Inventio & elocutio duæ præcipuæ Rhetorices partes	I, 1, 1. C. 9, 3
quomodo differant	I, 1, 4. C. 9, 3
rhetorica ab Aristotele exactè tractata	I, 1, 1
Inventionis rhetoricæ finis	I, 9, 3
Ἰσοδυναμία s. expositio	I, 6, 3
Italorum quorundam lapidaria eloquentia	I, 7, 9
Iteratio	I, 6, 3. II, 1, 8
K.	
καθ' ὑπόθεσιν	II, 1, 10
L.	
Laconismus orationis	I, 3, 3
Laidis & Demosthenis historia ampliata	I, 9, 22
Lapidaria eloquentia Italorum quorundam	I, 7, 9
Latinæ linguæ resolvendæ ratio Joh. Sturmii	II, 3, 3. sqq.
Latinitatis puræ thesaurus à Legibus divinis & humanis loci dialectici	II, 2, 13. sq.
Lipsius Laconismi affectator	I, 3, 3
in Livio macrologia à quibusdam notata	I, 5, 5
Livius sententiarum in historia studiosus	I, 9, 15
Loci amplificationis Theologiæ proprii	III, 4, 5
Loci amplificatorii Hermogenis in rebus	II, 1, 5. sqq.
in verbis	II, 1, 7
amplificationum communes dialectici	II, 1, 1

Qs

rea-

INDEX.

reales sunt vel communissimi vel communes vel proprii	III, 2, 1
amplificatorii rerum ex natura boni	III, 2, 5
argumentorum extrinseci	II, 2, 13
categorici seu prædicamentales	II, 5, 1. sqq.
communes formularum amplificantium	II, 8, 1
dialectici sunt loci amplificationis communis- simi	III, 2, 2
à prædicamentibus quid differant	II, 3, 5
dilatandæ orationis	I, 9, 8
proprii amplificationum	III, 1, 5
è Locis dialecticis amplificationum exempla	II, 4, 1. sqq.
Locorum dialecticorum usum in dilatanda ora- tione qui docuerint	II, 1, 3
multiplicatio	I, 3, 1. sqq.
multiplicationis exempla	II, 3, 6. sqq.
Locus communis argumentorum quasi est	
promptuarium	III, 5, 1
quidam cuique orationi proprius	II, 1, 5
antecedentium & cons.	II, 2, 7
causarum & effectuum	II, 2, 6. III, 5, 4
comparatorum	III, 5, 7
concomitantium	II, 2, 8
conjugatorum	II, 2, 4
contrariorum	II, 2, 10, III, 5, 5
definitionis	II, 1, 5. III, 5, 1
generis & speciei	II, 1, 5. III, 5, 6
majorum, minorum &c.	II, 2, 11
nominis	II, 2, 2
propriorum	II, 2, 3
	rela-

INDEX.

relativorum & correl.	II, 2, 12
similium & dissimilium	II, 2, 9. III, 5, 7
totius & partis	II, 2, 5. III, 5, 6
ab apologis	II, 2, 20
ab exemplo	II, 2, 19
à fama publica	II, 2, 18
à legibus divinis	II, 2, 13
humanis	II, 2, 14
Locus à proverbiiis	II, 2, 17
à sapientum dictis	II, 2, 16
à testimoniis	II, 2, 15

M.

Macrologia	I, 5, 5
in Livio notatur	I, 5, 5
à Majori & minori locus dialecticus	II, 2, 11
Manutii stylus epistolicus	II, 8, 1. fin.
Μέγεθ orationis	II, 1, 4
differt à sublimitate	II, 1, 4
Melanchthon (Philippus) à Principe Veneto per Michaëlem Anglum Venetias vocatus	II, 3, 3
Μεγισμός	II, 1, 8
Metaphorarum usus in sententiarum dilatatione	I, 7, 5
Metaphorica similitudo	II, 2, 9
Metaphoricæ definitiones	II, 2, 1
Metaphrasis; paraphrasis &c. quomodo differant	II, 1, 7
Meyfarti mellificium oratorium vindicatur	II, 8, 1
Μεθότης	III, 1, 6
Multiplicatio propositioinum	I, 8, 5
locorum dialecticorum in oratione	II, 3, 1. sqq.
utilissima	II, 3, 5
	Mul-

INDEX.

Multiplicationis locorum dialecticorum exempla	II, 3, 6. sqq.
Mutatam phraseos genus	III, 1, 12
Μυκτηρισμός	I, 9, 23
N.	
Narratio quid sit	II, 4, 4. 5
quot modis fieri possit	II, 4, 5
historica Virgilio è libris Æneidos in unam periodum contracta	II, 4, 9
Narrationis amplificatio unde petatur	II, 4, 9
amplificandæ modus	II, 4, 9
experimenta	II, 4, 9
historicæ exemplum	II, 4, 6. sq.
initium unde desumi possit	II, 4, 7
Nativum phraseos genus	III, 1, 12
Nominis locus dialectic.	II, 2, 2
O.	
Obliquatio	I, 5, 4
Onomasticon Julii Pollucis	II, 3, 5
Opponi una vox multis aliis potest	I, 4, 5. sqq.
Oppositio rhetorica	I, 8, 8. III, 5, 5
vid. Antitheta.	
per Oppositionem extensio seu dilatatio	I, 4, 9
	c. 8, 8
Oppositorum locus	III, 5, 5
Opticorum tuborum instar sunt argumenta amplificantiæ realia	III, 1, 3
Oratio quid sit	I, 1, 8
copiosa à tumida & inflata differt	II, 1, 10
magna à copiosa differt	II, 1, 4
dilatata quæ dicatur	I, 1, 8
	Ora-

I N D E X.

Orationis copia	I, 1, 3
formulæ circumlocutoriæ	I, 5, 4
sacræ argumenta amplificantiæ	III, 4, 1, sqq.
argumenta è locis Theologiæ propriis	III, 4, 5
per axiomata Aristotelica rhetorica amplianda exemplum germanic.	III, 3, 4
aliud exemplum è Chrysofostomi homilia XIX desumptum	III, 4, 1
Orationis variandæ & dilatandæ promptuarium	II, 3, 4
Ὁξυμωρία	I, 4, 2
P.	
à Parallelismis Autorum paraphrasis instituenda	I, 10, 4
Parabolæ & exempla	I, 7, 7. III, 5, 7
Paraphrasis quid sit	I, 10, 1
soluti & ligati sermonis	I, 10, 1. sqq.
ligati sermonis soluta	I, 10, 3
Freinsheimii in annales Taciti	I, 10, 1
metaphrasis & periphraasis quid differant	II, 1, 7
Paraphraseos historiciæ specimen	I, 10, 1. sqq.
per Paraphrasin commentandi genus	I, 10, 2
Paraphrastica dilatatione cautè utendum	I, 10, 4
Paraphrasticæ dilatationis poëticiæ exemplū	I, 10, 7
Parentheses	I, 6, 5, sq.
historicis frequentes sunt	I, 6, 6
à Parte ad totum transgressio & vice versa	II, 1, 6
Partis & totius locus dial.	II, 2, 5.
Partium enumeratio rhetorica	II, 2, 5. III, 5, 6
Particulæ commatum & colorum extendendorum characteristicæ	I, 8, 9
periodicæ	I, 8, 16. 19
	Par-

INDEX.

Partitio	I, 8, 4. 6. II, 1, 6
Patheticæ formulæ	III, 6, 1
enthymematicæ	I, 9, 19
Patheticarum formularum collectanea	III, 6, 1
formularum exemplum	III, 6, 2
Patheticæ figuræ ubique locum non habent	III, 2, 1
Peccata crebrò tam gravia non creduntur, quàm sunt reverà	III, 4, 1
Πεπλασμένον & πεφυκόν dicendi genus	III, 1, 12
Περίβολή	I, 6, 7
Periodus quid sit	I, 8, 1
quotuplex	I, 8, 2. II
metrica	I, 8, 19
Periodica dilatatio	I, 8, 3. 12. sqq.
Periodicæ dilatationis exempla	I, 8, 13. 15. 16
Periodi minima pars comma est	I, 8, 3
perfectissimæ sunt enthymematicæ	I, 9, 1
unius in plures resolvendæ artificium	I, 8, 20
Periodicæ particulæ	I, 8, 19
Periphrases grammaticæ	I, 5, 6
Periphrases grammaticæ quibus modis institu- antur	I, 5, 7. c. 8, 4
Periphrasticæ dilatationis exemplum	I, 5, 8
Phræseos genera duo apud Oratores	III, 1, 12
Pindaricæ digressiones Poëticæ	II, 1, 6
Πλαγισμός	I, 5, 4. c. 6, 7, c. 8, 4 II, 1, 10. III, 1, 7
Pleonasmus	I, 5, 5
in Poëmate epico actionis unitas spectanda	II, 4, 9
Poëta cum pictoribus communia quædam ha- bent	II, 3, 19. III, 1, 3 Poë-

INDEX.

Poëtica eloquentia descripta à Laur. le Brun.	II, 6, 5
Poëticae descriptiones	II, 3, 18, 20
orationis resolvendæ modus	III, 1, 12
paraphraseos exemplum	I, 10, 7
Pollucis (Julii) onomasticon	II, 3, 5
Polybius sententiarum in historia studiosus	I, 9, 15
Prædicamentales loci à dialecticis quid differant	II, 3, 5
Prædicamentorum juxta seriem elephantis de- scriptio	II, 5, 2
usus in amplificando	II, 5, 1. sqq.
Propositionum multiplicatio	I, 8, 5
Propriorum locus dialect.	II, 2, 3
Προσληπτικὰ sententiæ Hermogenis	II, 1, 4
Prosopographia	III, 5, 3
Προτίμησις seu æstimatio, figura rhetorica	II, 1, 9
à Proverbiis locus dial.	II, 2, 17
Puteanus laconismi affectator	I, 3, 3

R.

Rei descriptio è locis dialecticis	II, 4, 1
Relativorum alia sunt parium, alia disparium	II, 2, 12
& correlativorum locus dialecticus	II, 2, 12
Remotio contrariorum	I, 6, 4
& positio	II, 1, 10
Rhetorica excerpta Vincentii Placcii	III, 2, 4
Rhetoricæ figuræ	II, 7, 1
quot & quotuplices sint	II, 7, 2. 3
Rhetoricæ duæ partes præcipuæ, inventio & elo- cutio	I, 1, 1. c. 9, 3. Rhe.

I N D E X.

Rhetoricis de figuris qui scripserint	II, 7, 2
Rusticæ vitæ laudes metricè descriptæ	I, 10, 6
S.	
Sacræ orationis argumenta amplificantia	III, 4, 1.
	sqq.
argumenta è locis theologiæ propriis	III, 4, 5
Sacer orator in amplificatione instrumentis quo-	
que rhetoricis utitur	III, 4, 4
à Sapientum dictis locus dialecticus extrinsecus	
	II, 2, 16
Schraderus, axiomatum Aristotelicorum rheto-	
ricorum indagator perspicacissimus	III, 2, 5
Seneca sententioso stylo est usus	I, 7, 2. 8.
Senecæ stylus an rectè olim arena sine calce sit	
dictus	I, 7, 10
Sententiæ quid sint	I, 9, 15
sunt vel simplices vel compositæ vel figuratæ	
	I, 6, 2
<i>προσληπτικαί</i> Hermogenis	II, 1, 4
synonymicæ	I, 7, 3
Sententiarum dilatatio simplex seu grammatica	
	I, 6, 1. sqq.
sententiosa	I, 7, 1. sqq.
diversitas	I, 7, 9
studiosi historici, Tacitus, Livius, Polybius,	
	I, 9, 15
Sententiosa dilatatio ab enthymematica quomo-	
do differat	I, 9, 9
Sententiosæ elocutionis exempla	I, 7, 10
per Similia extensio	I, 8, 7
Similium & dissimilium locus dialecticus	II, 2, 9
conglobatio in oratione ne sit nimia	III, 5, 7
	usus

I N D E X.

ufus in fententiarum dilatatione	I,7,4
Similitudo, figura	III,5,7
metaphorica	I,7,4
à Specie ad genus transgressio & vice versa	II,1,6
Sublimia nulla tuta	I,7,10
Συμπλοκή	III,5,1
Syllogismus	I,9,4
Συναγωγή in oratione quid fit	I,8,13
Synonyma	II,3,5
sunt vel purè grammatica vel rhetorica	I,2,2
Synonyma quibus modis jungantur	I,2,7.8
tropica	I,2,9,13
Synonymorum purè grammaticorum in dilatan-	
da oratione ufus	I,2,6. sq. c. 8.3
abusus nimius	I,2,11
Synonymorum collectores & collectanea	I,2,10
purè grammaticorum dilatatione cur Cicero	
fit ufus	I,2,4. sqq.
Synonymicæ dilatationis exemplum	I,2,12.13

T.

in Taciti annales paraphrasis Freinshemii	I,10,1
Tacitus sententiosum stylum historiâ amplexus	
	I,7,2. c. 9,15
Thematis ampliatio	II, 4,10
à Thesi ad hypothesin translatio	II,1,5. III,5,1
Theologia habet locos amplificationis proprios	
	III, 4, 5
à Testimoniis locus dial.	II,2,15
Topicorum liber Aristot. magnum in orationi-	
bus præbet usum	II, 1, 3
Topographia & topothesia	III,5,3
	To-

I N D E X.

Totius & partis locus dialecticus	II, 2, 5. III, 5, 6
à Toto ad partem transgressio, & vice versa	II, 1, 6
Translatio	III, 5, 4
Tuborum optidorum instar sunt argumenta am- plificancia	III, 1, 3
Typus figurarum idealis	III, 1, 8
U.	
Variandæ orationis promptuarium	II, 3, 4
Variandi ars ab arte dilatandi distincta & dilatandi formulas exemplum	I, 1, 9 I, 6, 10
Vehementia orationis	III, 2, 2
Vellejani characteres	I, 3, 10
Verborum copia. vide Copia. dilatatio	I, 2, 1. sqq.
Vincentii Placcii excerpta rhetorica	III, 2, 4
Virgilii imitator Horatius historia librorum Æneidos, unica periodo complexa	I, 10, 6 II, 4, 9
Virgilius Catulli & Lucretii imitator	I, 10, 5
Virtutis vox quàm multis aliis opponatur	I, 4, 5

S. D. G.



Besth. 630.

